



**D. Ioannes Evangelista. Rodolphi Gwaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Ioannem Homiliæ
CLXXX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1568

VD16 W 1038

21. Comparet rursus Galilæo in littore Christus, Discipulisq[ue] parat
fercula digna suis. Restituit Petrum, cui fata futura recenset, Et monet vt
forti pectore cuncta ferat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71827](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71827)

C A P V T X X I .

H O M I L I A C L X X V I I .

Postea manifestavit se rursus Iesus discipulis ad mare Tiberiadis, manifestavit autem sic: Erant simul Simon Petrus & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi alijsq; ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: A beo piscatû. Dicunt ei, Imus & nos tecum. Profecti sunt, & ascenderunt in navigium statim, & illa nocte nihil cœperunt. Mane autem iam exorto stetit Iesus in littore: non tamen cognoverunt discipuli quod Iesus esset. Dicit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid obsonij habetis? Responderunt ei, Non. At ille dicit eis: Mittite in dexteram navigij partem rete, & inveniatis. Miserunt ergo, & non amplius valebant illud trahere præ multitudine piscium.

QUOD VIVIMUS in precedenti Cap. ut Dominus noster Iesus Christus post suâ ex mortuis resurrectione per octo dies se discipulis adhuc Ierosolyma agentibus manifestaverit. Sequitur deinceps, ut in Galileam reuersi apparuerit. Ex multis autem qua illic facta sunt, vnam modò historiam Ioannes describit, cuius ipse testis fuit oculus, & qua multa continet obseruatu dignissima. Videbimus enim quæ discipulorû studia sue exercitia fuerint, priusquam spiritus sancti donis sufficienter instructi ad prædicandum exierunt. Vt item illos Christus aduersus pericula & labores confirmaret, & Petrum antea in gratiam receptum, nunc pristinae dignitati restituerit. Quæ omnia ut discipulos multiuariam confirmare potuerunt: ita nostra etiam institutioni seruiunt, quando ex tam multis tamq; euidentibus resurrectionis Christi testimonijs, nos plene redemptos esse intelligimus, & simul aduersus omnis generis tentationes in fide confirmamur. Est ergo historia dignissima, cuius singula partes diligentius inspiciantur.

Præmittitur historiae status, quod nimirum Iesus se rursus manifestauerit discipulis ad lacum Tiberiadis. Id est, quod noua & euidenti apparitione ostenderit, se vero suo corpore ex mortuis surrexisset, iamq; mortis & diaboli victorem mundi totius dominium obtinere. Præcipuus ergo ratijs narrationis scopus est, Resurrectio Christi, quam (ut iam non semel diximus) pluribus argumentis demonstrari oportuit, eò quod in illa nostræ salutis fiducia potissimum fundatur. Nobis autem hinc petenda est consolatio, ne de Dei bonitate desperemus, qua in huius articuli demonstratione illum erga nos vsum esse cernimus, ne qua nobis reliqua esset de salute dubitandi occasio. Semper ergo cogitemus, hæc omnia propter nos facta esse, & ad nos pertinere vniuersum tam mortis quam resurrectionis Christi meritum.

His præmissis testium catalogum contexit Ioannes, quibus illic loci Christus sese manifestauit. Primus in horum numero est Petrus, quem propter abnegationem factam præ alijs confirmari oportuit, ut postea suo loco pluribus dicitur. Sequitur hunc proximè Thomas, cuius testimonium eò plus fidei meretur, quod eum ad credendum prius difficillimè fuisse audiuius. Additur tertio loco Nathanael, vir integerrimus, quem ipse Christus (ut Capite primo dictum est) verum Israelitam & omnis dolis expertem vocauit. His accesserunt duo filij Zebedæi, Iacobus & Ioannes huius historiae scriptor, & rursus alij duo, quorum nomina non exprimuntur, ex discipulorum tamen grege procul dubio fuerunt, cum Petrus in Actis testetur, Christum se non toti populo, neque quibusuis obuijs promiscuè manifestauisse, sed delectis modò ad eam rem testibus. Fuerunt ergo septem numero, & prouide sufficientes ad confirmandam historiae aut facti huius veritatem. Sunt tamen in ista enumeratione etiam quadam alia, quæ obseruauisse prodest. Primum, quod in Galileam reuersi illi discipuli reuerserunt, vnde eos olim Christus euocauerat. Factum hoc non tam commoditatis ergò, quam quod sic in Galileam iussit Dominus, sicuti Matthæus in resurrectionis historia annotauit. Est ergo hoc obedientis



exemplum, quam scriptura sacra nobis passim commendat, & quam in ijs etiam debemus prestare, qua non adeo magni momenti esse videntur. Nam vt filij, qui in rebus leuiores sunt fallere & eorum mandata contemnere assuescunt, tandem cōtumaciores facti omnia eorum mandata impudenter transgrediuntur: Ita qui de minimis Dei præceptis disputare & ea vilipendere incipiunt, mox audacia sua longius progrediuntur, & tandem immani atq; Cyclopo numinis contentum in omne scelus ruunt. Exemplum huius rei horrendum in Saule, primo Israelitarum rege, proponitur, qui à leuiores quibusdam in initio facto ad supremum vsque impietatis fastigium euasit, quo tandem in perditionis præcipitium miserè prolapsus est. Ideo in lege sua grauius monet Deum ab eius mandatis vel ad dextram vel ad sinistram declinemus, neq; faciamus quod nobis bene videtur, sed quod ipse nobis præceperit. In nouo autem testamento carnis sensus atque affectus in gere subemur, quod qui faciunt, vt per fidei obedientiam se totos Deo consecrant, & nefas ducunt latum vnguem à Dei verbo discedere. Deinde obseruati dignum est, quod omnes isti sancti, qui eisdem studijs occupantur, & (quantum ex circumstantijs omnibus colligere licet) concordia, adeo vt nemo se alijs insolenter præferat, vel alios præ se contemnat. Non gloriantur in se, sed Ioannes & Iacobus, quos Christus aliquando conitru filios dixerat. Non item Iacobus altera aliquam prerogatiuam vendicat, quod solus ex discipulorum numero Christo morienti assistit, & hic ipsi matrem Virginem commendauit. Non etiam alios fastidit Nathanael, quo nemo meliorem ampliori præconio vngam ornatus fuit, vt supra annotauimus. Denique omnes isti magistri, qui abnegatorem, neq; Thomam reliquis tarditorem contemnunt, aut suo consorcio indignos se agere, cum prius ambrosiosi essent, & ideo contentiones atque rixas inter se quotidianas ferunt. Tantum in illis potuit periculi metus & tristis illa rerum facies, que Christo moriente commoriturum perire fecerat. Imò tantum iam apud eos effecit spiritus Christi, quo illos nuper afflatus, ut ad verbi euangelici ministerium ab eo ordinarentur. Quem crucis & afflictionum vnum eorum nos obseruare conuenit. Frequenter enim Deus aduersus nos exercet, vt vel inuitos cogat ad verbi ministerium priuatis publicam ecclesiam concordiam alere, & consilium omnium scopum in ipsius ministerio habere constitutum. Quod qui non obseruant, sed in prauis suis studijs cōtumaciter persequuntur, ipsi spiritu alienissimos esse testantur, & fere penas graues dant Deo, qui nulla alia re peritudo ecclesiarum atque fratrum disidijs offenditur.

Discipuli piscantur.

Sed ad Christi discipulos reuertamur, ex quibus Petrus se piscatum abiturum dixit, & maritimes atq; laboris & fortuna socios se reliqui se adiungunt. Vbi non opus est disputare, prærogatiua, retia, hamos & alia huius generis instrumenta habuerint, qui alibi omnia propter Christianam reliquisse dicuntur. Nam ex Monachorum & Anabaptistarum scholis quæstiones ille prodromus Apostolorum exemplo ad suam illam paupertatem voluntariam (qua nihil vanius atque inuoluntarium est) & vite licentiam tuendam abutuntur. Alibi enim diximus, Apostolos quoad voluntatem suam omnia reliquisse, licet rerum possessionem seruaarent, quãdiu cum illis Christianis mundo versatus est. Docet enim historia sacra, Petrum ex quo vocatus fuit in Christi communitate & familiam habuisse, ad quam interdū diuertit. Quod ipsum de Mattheo quoque scribitur. Habuerunt ergo sua adhuc retia, cum istud fieret quod hic scribitur. Domus verò sua cum reliquit, vt euangelium vbiq; gentium prædicarent. Nō ergo impostorū fallacijs moueamur, qui Apostolorum exemplo abuti solent, vt turpe otium suum tueantur, & quod euenturū esse olim Paulus prædicauit, religionis prætextu velati in alienas familias subeunt, vt ex alieno viuāt, dum nefas esse ducunt, quid propriū possidere. In Apostolis autē contra illos obseruemus, quod cum non dū ad se remeant, sed ad domibus et artificijs suis discedere debuerūt, interea ad sua reuersi sunt, et ne cum assuetis vicijs molesti essent, manuum labore victum sibi pararunt. Quo exemplo laborem honestum sibi commendat, otium verò damnant, quo nihil nocentius excogitari potest. Qui enim huic primatum inueniunt, plerunq; turpissimarum cupiditatum illecebris inescantur, & à virtutis studio præclinet in vitium ruunt. Quantum verò malorum ad rempub. ex otiosorum turba redcat, historia communium gentium testatur. Ideo apud Athenienses olim Areopagus in ciuitū vitā inquirebant, & ad vicijs

citabantur. quicunque turpi otio sese addicebant. Massiliensium vero ciuitas, quae apud veteres summa honestatis & iustitiae laudem obrinuit, nemini parebat, qui non artem aliquam nouisset, qua se ipsam honeste possit alere. Quae leges si hodie inter Christianos valerent, non modo honestius uiuerent, remuneratam matris esset apud omnes ordines pacis publicae studium, quam nunc sit, quando multos ementitae nobilitatis persuasio, multos malis artibus accersita egestas, ad furta, ad rapinas, vel (quod illi honestissimum ducunt) ad militiam mercenariam cogit, quam omnis nequitiae scholam esse omnes cordati intelligunt. Sed quia haec alterius sunt loci & argumenti, obseruemus nunc, quod septem illi discipuli tota nocte nihil cepisse dicuntur. Quod haud dubie sic fieri voluit Dominus, ut postea illustrius esset miraculum, quo se illis manifestare instituerat. At simul ex eo generalis doctrina peti debet, Deum nonnunquam sanctos suorum labores atque conatus non fortunare, ut postea euidenior sit benedictio, qua illos suo tempore dignatur. Et hoc factu necessarium: quia Dei gratia & benedictione res suas confici non intelligunt homines, si primus statim conatus illis succedat. Vbi vero aliquandiu frustra laborant, tunc demum successum omnem ex Dei gratia pendere sentiunt, & ita simul ad feruum pietatis studium accenduntur. Exempla huius rei quotidie videre licet, quae in eum vsu nos obseruare conuenit, ut Dei benedictionem precibus assiduus expectamus, in eius vero expectatione tolerantes simus, nec temere deseramus uocatione nostram, in quam ille nos constituit. Dat enim singula suo tempore Deus, & si non largitur quantum nos volumus, ea tamen largiri solet, quae sua sorte contentis possunt sufficere. Feramus interea patienter ab illo impo- situm laborem, sicuti discipulos hoc loco fecisse constat. Nec enim Dei iudicia accusant, qui ipsos in labore fatiget, tam multis impijs interea otio & victu abundantibus. Non in aliquem mortali- um conuicia iaciunt, non caelum aut astra vel etiam malam suam fortunam impie deuouent & execra- rantur: ut multi hodie, quibus cum egestate & labore continuo conflitari contingit. Imò postea ab ipso Christo, quem nondum agnouerant, requisiti amici & humaniter respondent, ut mox audiemus. Imitentur hos quicunque sibi bene esse volunt. Nam ut patientia & obedientia Deus delectatur, ita in- iure, querelis & contumaci dicacitate maximè offendi solet, quemadmodum Israelitarum in deserto agentium exempla docent.

Discipuli tota nocte nihil ceperunt.

Christus discipulis apparet.

Videamus nunc ipsam apparitionem, qua Dominus sese discipulis huic manifestauit, & quam Ioannes dignam putauit, cuius singulas circumstantias exponeret. Mane factò in littore Iesus constitit, neq. eum primo intuitu discipuli agnouerunt, vel quod ipsi longius abessent à littore, vel quod oculi eorum tenerentur, quod alibi factum fuisse scimus. Consulto autem se sub initium calare voluit Iesus, ut ad miraculum sibi viam commodam sterneret, & ita paulatim sese apud illos insinuaret. Itaq. pro more genitris & quasi aliquid piscium empturus ipsos còpellat, dicens: Pueri, num quid ob- serti habetis? Ipsis vero se aliquid habere negantibus, iubet ut rete eiciant in dextram nauigij par- tem, ubi ceterò inuenturos promittit quod capiant. Quod ubi illi faciunt, subito tantam concludunt reti suo piscium multitudinem, ut huic attrahendae non sufficiant. Hic vero primus miraculum ob- seruat Ioannes, & ex eo Dominum quoq. agnoscit, ut in sequenti Sermone audiemus. Nunc nemo temere factum putet, quòd minuta haec, & ad rem piscatoriam potius quam Theologiam pertinentia, Ioannes ex spiritus suggestione tam diligenter describit. Habet enim huius facti consideratio v- sum triplicem, quem ex ordine considerauisse plurimum proderit.

Christus suos laborantes ui- det & iuuat.

Primo consolationis plenum est, quòd Christus in littore stans suos in mari laborantes spectat, & eorumdem labores adiuuat. Ita enim illorum cogitationibus occurrit, qui illum vna cum terris conem quoq. suorum in terris agentium curam reliquisse putant, & ideo in aduersis atq. tribulationi- bus facile spem omnem abijciunt. Enascuntur cogitationes eiusmodi ex eorum figmentis, qui Christi virtutem carnali eius praesentia astringunt, & nisi hanc illis còcedamus, nos illum totum ab ecclesia procul auferre vociferantur. At longe aliter se res ista habet o fratres. Nam euasit quidè Dominus ex procelloso huius mundi oceano, & nunc quoad corpus suum in tranquillo aeternae beatitudinis por- tu constitit, neq. ullis laboribus aut periculis subiaceret. Idem tamen suos adhuc laborantes & pericli- tantes minime negligit: neq. eos videt modò, ut otiosus aliquis spectator, verumetiam sua virtute pro- tegit atq. iuuat, adhaec spiritu suo illorum labores benedicit, ut ipsi quoq. tandem mare istud non sine lauro emensi ad verae felicitatis litus appellent, Còsentiant cum his promissiones, quas supra audi-



uimus: Non relinquam vos orphanos, &c. Ecce ego vobiscum sum vsq; in consummationem seculi. Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis: In mundo afflictione habetis, sed consolatio est vobis. Quod si pro missionibus istis hanc quasi imaginem adhibeant quicunq; in hoc mundo ricitantur aut laborant, mox dulcissimam intra animos suos consolationem sentient, que vobis Dei bonitate & fideli præsidio dubitare nō patietur. De istis ergo cogitent qui esurunt, qui curant qui morborum doloribus conficiuntur, aut quocunq; alio afflictionis genere exercentur. Nec tam ex his consolationem modo petamus, verum etiā aduersus Epicureos hac doctrina nos armemus, vt Deum vt louem quendam Homericum nobis obrudere conantur, qui mortalia non curat, & cæli cardines otiosus obambulet. Sed ista fortassis rectius in alterum huius considerationis caput differuntur.

Vitus noster
Deo curæ est.

Nam docet secundo loco historia hæc, Domino nostrum quoque vitum curæ esse. Vt enim vitum amicum & non sine paterni affectus significatione interrogat, num quid habeant edulij, nihil vobis respiciat, & omnium necessitati similiter consultum velit. Nam vt eius vitæ omnia sunt curata, sic eiusdem bonitate & liberalitate omnia seruantur atque aluntur, sicuti Psalmus 104. præcipue docet. Et Christus alibi patri suo passerculos & coruorum pullos cordi esse ait, ne fame periret, vt eiusdem providentia flores agri vestiri: hortatur autem, vt exemplis illis excitati, vitam & salutem sollicitudinem de parando victu & amictu abijciamus. Quis enim credat, hominum ad nutriendum sub Dei curâ esse, qui (vt Solomon ait) animam iusti fame emori non patietur. Quia autem eius benedictione res domestica (vt & reliqua omnia) dependet, nosque in cassum fatigamus, si ille domum nostram adificet, hoc ante omnia probe curandum erit, ne nostre carnis tentationibus ipsa nocte obscurioribus sensibus secuti piscemur, sed reia nostra in dexterum latus aduertamus, ne nimia habendi cupiditate abrepti, ad fraudes, imposturas, rapinas & eius generis iniustitias conuertamur, sed dextrè & ingenuè agamus in omnibus, secundum iustitiam & charitatem regamus, qua nos errare non sinet. Docet hoc in lege Dominus, quando eos domi forisque felices & beatos ait, qui ipsius leges atque præcepta obseruauerint. Idem propheta passim aduertit, & in Psalmis multa horum sit mentio. In euangelio autem memorabilis admodum est Christi sententia, que dicitur: Regnum Dei ante omnia regnum Dei & iustitiam eius, & reliqua omnia adijciuntur vobis. At regnum Deum querunt, qui in caelestia & futura bona intenti, hoc potissimum agunt, vt Deo placeant & contumeliam obtemperent. Accedat his animus sua sorte contentus, quem cum pietate continentiamque ipsum longe maximum esse Apostolus scribit, & quem facile acquirere poterimus, si nos nihil in mundo intulisse, & ex eo nihil etiam exportaturos esse cogitemus. Inde enim sequitur, vos vitum amictu contentos esse debere, quando huius seculi bona his solis usui esse possunt. Qui his contentus, ipsi feliciter cedunt omnia. Qui verò his neglectis in avaritie pelago piscantur, ferè labore tantum vris inutilibus seipso conficiunt, & inter medios opum acervos semper egerunt, neque sciunt quid sit sua congerant, quæ ipsis propria vita chariora sunt. Audiamus ergo Christum, cui cum ageretur huc tam facile obtemperauerint discipuli, inexcusabilis erit contumacia, si illum coram & nostris nobis loquentem audire dedignemur.

Typus ministerij
ecclesiastici.

Postremo typum ministerij euangelici hic locus continet, cui discipulos suos Christus iam prædestinauerat, cum ad eundem lacum sedentibus diceret: Faciam vos piscatores hominum. Et ait: Et vos laboris & periculi plenum, & multa in eo passuri erant discipuli, quæ ipsos terere & abstinere auocare poterant. Ideo illos diligenter & multis instituit, ut confirmari oportuit. Quia cum sepe fecisset Dominus, nunc typum quoque proponere voluit, qui omnem huius ministerij actum quasi in tabula depictam ob oculos poneret, & simul in mentem reuocaret quæcunque prius audierant. Et primò quidem piscibus conferuntur homines, quia in mundo agunt, qui maris iustitiam ferunt, & estuat, neque aliquid cum certa ratione agit. Et si verò homines quos, incerti vagari in mundo possunt, nouit tamen suos Dominus, & priusquam mundus hic crearetur, eos elegit, qui suo quoque tempore per euangelicam rete ex mundo extrahi debent, vt sibi in edulium parentur, qui nihil periret, vt nostram salutem esurit, sicuti Capite quarto dictum est. At istos extrahere, magni laboris opus est.

quia & mundo istud maxime dolet, qui tunc fere fluctus ciet & persecutionum procellis nauiculam ecclesie vna cum euangelij organo omnibus discerpere & euertere conatur: & quod maxime molestum est, sepe hi ipsi sese pijs ministrorum laboribus aliquandiu pertinaciter opponunt, quorum salus hinc possimum agitur. Vncit tamen omnia obstacula Dei virtus per euangelium se exerens, vt in toto mundo & eius principe capiantur & ad ecclesie consortium colligantur omnes, quos eternum illud predestinationis decretum cõprehendit. Experti sunt hoc apostoli, quos neq; Iudeorũ insuperabilis cõcumacia, neq; gentiũ inueterata superstitiones, neq; Romani Imperij immanis potentia impedire potuit, quo minus euangelicum rete per omnes terras & insulas extenderent, & novos quotidie discipulos Christo congregarent. Non temere autem factum est, quod rete suum præ piscium multitudine trahere non potuerunt. Eo enim docetur, negotiũ hoc omne vires humanas longè superare, & proinde omnem gloriam vni Deo transcribi debere: qua de re Paulus in priori ad Corinthios multis & eleganter disputat. Indicatur item, quàm difficile sit eos omnes ad fidei obedientiam adducere, & sub disciplina legibus in officio continere, qui semel capti & in externa ecclesia ceterum collesi sunt. Obest hinc multum ingeniorum varietas, & ipsa etiam multitudo aliquam confusionem parit: vt tunc maxime laborandum sit fidei ministris, quando res planè confecta esse nonnullis videtur. Hæc & alia huius generis apostoli cogitare debuerunt, vt huius miraculi recordatione postea in suo officio confirmarentur. Simul verò ista communem consolationem continent, & docent munus hanc nequiquam aduersus euangelij doctrinam cumulari. Habet enim vbique locorum Iesus Christus electos suos, quos ad ecclesie sue societatem colliget, vt & in hoc seculo ipsam colant, & huius vite stadium emensi cum eodem in caelis viuant atq; regnent. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

HOMILIA CLXXVIII.

Dicit ergo discipulus ille, quẽ diligebat Iesus, Petro; Dominus est. Simon ergo Petrus cum audisset quod Dominus esset, amiculum succinxit (erat enim nudus) & abiicit se in mare. Alij autem discipuli nauigio uenerunt (non enim longè aberant à terra, sed circiter cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, uident prunas positas, & piscem impositũ, & panem. Dicit eis Iesus: Aferte de piscibus quos modò cõcepistis. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus: & cum tot essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus: Venite, prandete. Nullus autem discipulorũ audebat eum interrogare, Tu quis es: cum scirent quod Dominus esset. Venit ergo Iesus & accipit panem, & dat eis, & piscem similiter. Hac iam tertia uice manifestatus est Iesus discipulis suis, cum resurrexisset à mortuis.

Non temere Ioannes apostolus & euangelista tanta diligentia describit eam Iesu Christi apparitionem, qua is septem discipulis in lacu Tiberiadis piscantibus sese manifestauit. Præter id enim, quod illa plurimum facit ad asserendam resurrectionis veritatem, multa alia quoq; continet, quorum cognitio ad uicæ institutionem uilissima, in aduersis autem & tentationibus iucundissima est. Primo enim testatur Christum non modò resurrexisse ex mortuis, sed vna omnem potestatem accepisse, vt suos alere, eueri & eorumdem labores dignis præmijs remunerare possit. Deinde quia discipulos peculiari miraculo ad apostolatũ præparare & aduersus hinc coniunctos labores atq; pericula in fide promissionum suarum confirmare uoluit, simul omnem ministerij euangelici rationem adumbrat, sicq; ministris uerbi omnibus animum addit, vt munus suum fortiter & intrepidè obeant. Accedit his typus euidens & iucundissimus celestis uicæ, qua olim cum Christo fruenter, quicumq; huius uite stadium constanti fide emens fuerint. Et de his quidem nonnulla dicta sunt nuper, quædam

verò adhuc reflāt, de quibus in præfenti dicitur. Sequitur enim, ut discipuli Dominum egre-
vnt, hic illos prandio acceperit, quod interea parauerat, dum illi piscantur.

Ioannes primus
agnoscit Chri-
stum.

Hic autem primus prodit dilectus ille discipulus, ipse nimirum Ioannes, qui Christum primo
agnoscit, nimirum inexpectata & miraculosa piscium captura excitatus, & hunc esse Petrum
Quo loco admonemur, inter sanctos & electos non eandem fidei & donorum spiritus sancti mensuram
esse, sed alios alij citius & magis proficere in ijs, quæ ad pleniorē Iesu Christi & salutis cognoscen-
pertinent. Apparet hoc evidentissimè in apostolis, qui cum singulari consilio Dei electi, eodem tempore
vocati, & ad vnum idemq; munus sue ministerium destinati essent, multum tamen inter se differunt
vel potius impares fuerunt. Nuper enim Thomam ad credendum difficiliorē & contumaciorē
fuisse vidimus, qui paulo post fidei confessione reliquos prope omnes superat. Petrus autem, cum ma-
ra feruentior esset, præter omnium expectationē in periculo grauiori Christum abnegauit & lapsus
turpiore passus est. Rursus Christo dilectissimus fuit Ioannes, qui crucis tempore reliquos omnes
dei fortitudine atq; constantia superauit, quando solus morienti affuit, & virginem matrem in suam
tutelam recepit; & idem in præfenti quoq; reliquis oculatior signum hoc, quo se Christus manum
bat, attentius obseruat. Sed eundem fidei seruire vincit Petrus, qui primus omnium per medietatem
das (vt mox audiemus) ad Christum excurrit. Prodest diligenter obseruare discrimen hoc, quod
dissimili quoq; inter se differunt. Primum enim obstat hoc iniquis quorundam iudicijs, qui eandem
omnibus exigunt, & temere damnant eos, quos sue expectationi minus responderent, & in quibus
imperfectiones esse vident. Excitantur præterea infirmiores, ne mox desperant, si ab alijs se præ-
tergo relinquunt cernant: simulq; omnes officij admonentur, ne cui inuideant, & ne aliquē contem-
sed potius mutuas operas sibi tradant, & singuli aliorum vitijs pro virili medentur, atq; ceteris
salutis causam coniunctis (vt ita dicam) manibus adiuuent. His studijs ad dilectissimam illam
berriamq; concordiam peruenitur, quam spiritus sanctus in scripturis tantopere commendat,
ne qua ecclesiam consistere est impossibile.

Ex operibus ag-
noscitur Deus.

Deinde ad diligentiorē operum Dei contemplationē nos Ioannis exemplum excitat, & em-
dem vsum nobis tradit: qui est, vt horum consideratione illum agnoscamus, deq; eius gratia
ira discamus iudicare. Quia enim ex nobis ipsis nihil egregium & laude dignum possumus, cum
bis per suadeamus, illius peculiari favore fieri, si quid nobis feliciter succedit. Quod qui obseruauit
suecessibus suis minus efferuntur, Deo autē se magis gratos præbent, & eiusdem beneficijs
ad gloria ipsius propagationem. At qui horum immemores de Deo rarius cogitant, si se re-
sue acceptum ferunt quicquid ab ipsis cum laude fit, & proinde suis suecessibus elati præter-
se, ipsos fauore Dei spoliant, quo is humiles prosequi, superbis autem resistere solet. Debent ergo
emplum hoc imitari principes, vt quoties regna sua florere & se hostibus terrori esse vident,
Dominus vobis adest, & suo fauore hæc publica bona largitur. Fecit hoc diligenter Dauid, vt
mi eius testantur, quibus Dei beneficia publicè celebrare solitus fuit. E contra Nabuchodonosor
à Deo grauius multatus fuisse legimus, quod regni sui splendore & victorijs suecessibus elatus
xiffet. Annon hæc est illa Babylon, quam ego feci? Et in Romana historia Augusti dilectum
tius notatur. Vrbem latericiam inueni, feci marmoream. Neq; etiam diuturnus fuit ille vrbis
dor, quando ex Cesarum familia non multo post Nero prodijt, qui igne illi immisit, quo ad
blica & priuata fœdissimè conflagrante: vt ea nunc omitamus, quæ postea Gothicis & Vandalis
irruentibus facta sunt. At quod principibus dicitur, hoc ipsum ad se ecclesiarum ministros
& quoties aliquem suecessum in euangelij prædicatione sentiunt, huius auctorē agnoscant. Ceterum
cuius nomine ipsi legatos agunt, neq; eorum animis vnguā illud Pauli excidat: Gratia Dei
quod sumus. Item, Nihil est qui plantat, neq; qui rigat, sed Deus qui dat incrementum. Idem
ipso idem Apostolus dicebat: Plus alij omnibus laborant: at non ego, sed gratia Dei que mecum
Pertinet eadem consideratio ad rem domesticam & patres familias. Nam nisi Dominus adju-
rit domum, frustra laborant qui edificant. Quoties ergo ex laboribus nostris aliquem fructum
cipimus, agnoscamus in eo Dei benedictionem, & ea cum gratiarum actione rectè vtamus. Eadem
ratio in contrarijs obseruetur. Quia enim certo diuinae prouidentie consilio omnia reguntur, quæ
illius iustum nos agnoscere decet, si quid nobis infeliciter accidit. Cogitemus ergo, illam vel latere
in nobis

in nobis corruptionem hoc modo coercere, & breui erupturam malitiam disciplina feueriori praeuenire voluisse, vel admissam culpam punire. Confert hoc plurimum ad veram poenitentiam, & simul patientes reddit in aduersis, ne contra Deum murmurando iram eius magis accendamus. Obseruatur hoc quoque David, qui atroces filij Absolonis iniurias & dira Semej conuitia patienter tulit, quod in istis Dei iudicium agnosceret, qui ipsius peccata puniebat. At hodie minus plerique proficiunt, quia lupini & securi nimis omnia negligunt, & neque fauoris Dei neque irae eiusdem indicia, quae decet diligentia, obseruant. Epicuræorum ferè impia deliria securi, qui Deum mortalia non curare, & omnia fortuito fieri arbitrantur.

Sed ad Petrum accedamus, qui audito Ioanne mox credit, & fortassis èd facilius, quod simile quid factum fuisse recordetur, quando primum à Christo fuit vocatus, vt Luc. 5. scribitur. Nec mota, quia piscatorum more nudus erat, amiculo se succingit (quod pudoris & verecundiae indicium est) in mare profilit, & reliquis circa pisces & reia occupatis, magno conatu in Christi occursum contendit. Est hoc memorabile fidei ardentis exemplum. Illum enim piscandi causa egressum fuisse audimus. At ubi Christum ad litus stare audit, mox relictis omnibus ad illu festinat, nec præde tam ampla dulcedine se retineri patitur, quò mirus id faciat. Imò non aque profunditas, non quod ex vestis madesactione enascebatur incommodum, neque vlla alia ratio eum absterret, omnemq; moram nimiam esse putat, quæ gaudium eius aliquantisper differre videtur. Ita solent electi, quando Dei vocationem & salutis per Christum acquisitæ promissionem audiunt. De Abrahamo patre creditur Moses scribit, quòd Deo ipsum vocante, patriam, cognatos, domum paternam & quæcumq; alia habebat, volens reliquerit. Eodem animo apostolos omnes præditos fuisse, euangelica historia testatur. Paulus cerè quæ in mundo eximia habebat, pro stercoreibus & damnis duxit, vt Christum lucrifaceret. In quo catalogo Martyres etiam omnes numerari merentur. Neq; aliter possunt, qui salutem omnem in vno Christo contineri sciunt, & proinde omnem salutis suæ fiduciam in eius meritis habent collocatam. Docent autem exempla ista, quid de illis iudicemus, qui pro Christi nomine nihil facere aut ferre, sed illo potius perpetuo carere volunt, quàm vel minimam bonorù huius seculi iacturam facere. Quid vero de illis dicemus, qui ubi Dominum adesse & verbi sui prædicatione confirmatis ipsorum ferire sentiunt, toti exhorrescunt, & de illo procul eijciendo cogitant? Tales hodie vni genium inueniuntur, qui vt à fide alienissimi sunt, ita salutis in Christo consortes non sient, nisi totis animis innouentur & se illi obedienter consecrent. Sed vt ad Petru redeamus, apparet in eius exemplo, quàm efficax sit Christi intercessio. Dixerat hic illi in vltima cæna: Ego pro te rogavi, ne desinat fides tua. Nunc verò eam adeò non defecisse videmus, vt reliquos omnes ardore & fortitudine superet. Simile quid de illis legitur, qui ipsum in crucem suffixerant. Nam pro illis etiam intercesserat dicendo: Pater remitte eis, nesciunt enim quid faciant. Quas preces similiter exauditas fuisse constat, quando idem illi paulo post animis suis cõpuncti sunt, & Dei filium esse agnouerunt, quem antea omni conuictorum genere proficerant. Atqui pro nobis etiam orauit Dominus, quando discipulos patri commendans, inter alia dixit: Non pro eis rogo tantum, sed & pro ijs, qui credituri sunt per sermonem ipsorum in me. Nemo igitur dubitet, eas quoq; preces apud patre adhuc hodie pondus habere, & illum nobis certò propitium fore, ne tentationu pondere succumbamus. Obseruari deniq; debet hoc loco, quòd Petrus per medias vndas & maiori cum periculo, alij autem nauigio in litus perueniunt, ubi illos Christus expectabat. Adumbratur in eo dispar electorum conditio. Eesi enim omnes ad crucem vocet Dominus, & piorum vita laborum plena sit, alij tamen alijs melius habent, quòd afflictiones pro virium nostrarum modulo Deus dispenfat, neq; nos magis quàm ferre possimus tentari patitur. Hinc fit, quòd alij grauioribus periculis exercentur, alij placidiori vita huius decursu ad celestis patriæ possessionem perueniant. Vbi nos vringit, Domini providentiam agnoscere debemus, ne vel nostram sortem impatienter feramus, vel meliorem alijs inuideamus. Sed de hoc plura dicentur postea, ubi de Petro & Ioanne Christus disseret.

Petrus relictis omnibus ad Christum contendit.

Christus discipulos excipit conuiuio.

Sequitur conuiuium, quod illic loci discipulis Christus instruxit, vt nouu suæ resurrectionis testimonium illis exhiberet. Concurrunt in eius descriptione multa consideratu dignissima. Primò prunas vident in litore accensas, & illis impositum piscem. Vident præterea appositum panem. Vnde verò illa habuerit Christus, non opus est disputare. Qui enim totam hanc mundi machinam ex ni-

Domini egre... qui Christum prima... inc esse Petro... viribus sancti mens... & salutis cogitatio... ei electi, eade temp... me inter se dist... em & contumacia... etrus aut, cum eas... abnegant & laps... ore reliquit omnia... inem mare in qua... e Christus manig... nium per medias... iscrimen hoc, quo... iudicij, qui eadem... dere, & in quibus... si ab alijs se proci... ne aliquo contum... leantur, atq; tamen... lictissimam illum... ere commendat q...



hilo creavit, qui Iona in mare proiecto lamiam adduxit, quæ suis faucibus illum exciperet, quæ
 quem Petrus capturus erat, didrachma in os posuit, qui denique alibi pauculos panes atque
 virtute sua multiplicare potuit, ut multis millibus alendis sufficerent: hinc facile fuit panem
 scem inuenire, & in littore ignem accendere, ut mensam suis discipulis instrueret. Nos panem
 colligamus illum totius creaturæ dominum esse, & hinc petamus consolationem, qua nos ipsi
 rationibus confirmemus. Docet enim hoc factum Dominus, se de victu & omnibus necessariis
 prospicere velle omnibus, qui suam vocationem sequuntur, & in ea constanter pergunt. Promis-
 nes, quæ huc faciunt, scriptura passim proponit, & nuper aliquas adduximus. Paulus certe
 tem cum presentis tum futuri seculi promissionibus suffultam esse testatur. Confirmantur autem
 exemplis infinitis, quorum consideratio ad fidem nostram confirmandam verissima est. Ista
 sanè suam vocationem sequentes in deserto totis annis quadraginta absq[ue] illorum labore & impo-
 aluit atque vestiuit mirabiliter, ut reru[m] necessariaru[m] nihil eis defuerit. Propetis stem job
 & Izabelis tyrannide periclitantibus nutrimum dedit Abdiam, eodemq[ue] tempore Elize partem
 coruos, partim per viduam Sareptanam miraculosè prospexit. De apostolis vero quid opor-
 cere, qui (ut Lucas scribit) in vltima cæna confessi sunt, sibi nihil vnquam defuisse, quando
 & comiteu ab illo in ministerium fuerunt emissi? At tamen prioribus beneficijs hoc munus ad-
 dere voluit, ut hunc fauorem eius scirent continuum fore, & destinatum sibi munus maiori con-
 tia subirent. At quia hæc exemplis quotidianis confirmantur, debent doctrinam hanc ad ter-
 ferre omnis loci & ordinis homines, ne inopia aut famis metu officium negligant, cui ipsi
 destinati. Quin potius illud Dauidis probè expendant: Iuuenis fui, & nunc senex, nec vtilitas
 derelictum, aut posteros eius mendicantes panem. Item: Reueremini Dominum o vos sancti
 niam nihil deest his, qui eum timent. Leuiculi penuria & fame laborant, qui autem Dominum
 quirunt nullo bono destituuntur. Psalm. 37. & 34. Adumbratur præterea hoc factum suis labo-
 huius seculi, quoad pios & electos. Vocabit tunc eos ad se dominus, ut ad suam mensam edam
 bant, id est eiusdem regni & gaudij secum consortes sint, qui cum ipso in tentationibus eius perse-
 rauerunt. Et huius quidem felicitatis hereditatem animæ adeunt, quam primum ex carceri ter-
 ris huius in vera fide emigrant. Corpora verò (ut in Apocalypsi dicitur) requiescant à labo-
 suis, donec ipsa quoq[ue] in magno illo die aduentus Domini resuscitentur, & suis animabus vnice
 sociata Christo per aerem obuia rapiantur, ut cum illo viuant & regnent. Quod vnum qui
 pendunt, ipse in pietatis studio mirificè confirmari sentient, & simul consolationem vnde habent
 efficacissimam, qua animati omnes huius vitæ labores, pericula, molestias, ipsam denique
 facile vincunt.

Petrus rete in
 littus extrahit.

At non cõtentus Dominus ijs, quæ ipse parauerat, ex ijs etiã piscibus aliquos afferre iussit,
 ipsi tunc ceperant, partim quidem, ut ea occasione illorum numerus cognoscatur, & ita miracu-
 fiat illustrius: partim, ne quis factum huic aliquem fucum aut magicas præstigas subesse suspice-
 Itaq[ue] Petrus hic quoq[ue] pro suo more feruētior mox in nauim ascendit, rete in litus extrahit
 magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Vbi duo cõcurrunt quæ ad miraculi amplificandam
 faciunt: alterum multitudo piscium vno iactu præter omnem expectationem captoru[m]; alteru[m],
 tanto oneri sustinendo rete sufficere potuit, ne scinderetur. Vbi docemur, Deum non modo bene-
 suorum labores, verum etiã honestis & iustis rationibus acquisita tueri, ne dissipentur. Quod
 necessarium sit, abundè sentiunt qui ex laboribus suis fructum nullum recipiunt, eo quod in
 percusum (ut Hag. 1. legitur) sua reponunt. Quoad verò allegoriam ministerij mancipij,
 scunt ministri ad Christu[m] omnes eos debere adduci, qui per euangelici doctrinæ captiui: quod
 los summo studio obseruauisse cõstat. In eo autè pseudopropheta & mercenarij peccant, quod de
 pasce[n]dis potissimùm solliciti, Dominum gregis non respiciunt, sed (ut Ezechiel au Cap. 34. p[ro]-
 sum & pingue ipsi mactant atque comedunt, ouiumq[ue] lana vestiuntur, illis interim miseri per-
 bus. Peccant etiam, qui ad Diuos cœlestes, vel ad personatum Christi ricarium omnes remittunt,
 quos vni & soli Christo lucrifacere debebant. Cogitent ergo ministri, se in Domini opere versari
 huius esse (ut Paulus ad Corinthios scribit) istam ædificationem, agricultorem atque piscato-
 nem, & proinde fructum omnẽ ad hunc referri debere. Ad hæc euangelij virtutem atque efficaciam
 haec
 suffi-
 ei
 re
 ly
 hodie
 habe-
 illa
 gratia
 rum
 dam
 quam
 hodie
 collig-
 dit,
 rit
 signis
 terrog-
 nis nec
 nisse q[ui]
 taria
 dium
 dubitè
 Abrah-
 sunt. U-
 quia tu
 his pra-
 omnes
 facti su-
 nibus de
 relexit
 rificati
 runt. E-
 magnif-
 rabat,
 facie no-
 conditio-
 plallent-
 dit, &
 tenti cri-
 Seg-
 resurre-
 roo alie-
 mirum
 simul co-
 hendit.
 tia ergo
 illo fuer-
 manifeste
 huius at

hac pars nobis commendat: quod nimirum non modo capiat homines, verum etiam illis retinendis sufficit, quantumvis infirmum & mundi iudicio contemptissimum esse videatur. Exempla huius rei veteres historiarum exhibent, quae testantur ecclesiae societatem & disciplinam Christianam vincula nullis tyrannorum edictis dissolutis, nullis persecutionum machinationibus dissipari potuisse. Quod ipsum hodie etiam fieri videmus. Et si enim aduersarii hunc sibi omnium consiliorum scopum propositum habeant, ut Christi vincula abrumpant, ecclesiae societatem dissipent, discipline ordinem evertant, ista vero omnia non alijs fulcris sive retinaculis quam simplici & apud plerisque contemptae euangelij praedicatione nitantur: sit tamen occulta Dei virtute, ut ista illis conseruandis sufficiat, neque eorum societates dissoluatur, qui semel in Christo Iesu vere coaluerunt. Exeunt quidem ex illa interdum aliqui, qui in eam primum irreperant. Sed hi (ut Ioannes ait) non erant ex nobis, neque unquam ad veram ecclesiae societatem pertinuerunt: & quamuis ipsi ad mundum redeant, vel etiam hostes fiant aperti, manet tamen integrum rete illud euangelij, quo pij ad Christum in fidei vnitate colliguntur. Vide 1. Iohan. 2.

Sed Christum videamus, qui discipulos accedens & prandere iubet: simul vero ipse etiam accedit, & panem pro suo more inter illos distribuit. Hac autem tam euidenter facit, ut nemo ausus fuerit eum interrogare, ne scilicet illi iniuriam insignem facerent, si de eo dubitarent, qui seipsum tot sequi atque indicijs manifestauerat. Itaque non tam pudore quam religione & ipsa rei veritate ab interrogando absterui fuerunt. Qua parte rursum admonemur, nos ex Domini manu victum & quamuis necessaria accipere, adeoque illius conuiuias nos esse, quoties ad mensam accedimus: cuius nos meminisse oportet, ne ingratitude & intemperantia nobis exitialia faciamus Dei dona, quae nobis salutaria esse debebant. Sed imprimis hoc loco vicia caelestis imaginem intueri conuenit. Ad Christi prandium accubuerunt discipuli, & ex eius manu cibum accipiunt, eumque probe agnoscunt, ex quo haud dubie gaudium ineffabile animis suis perceperunt. Ita olim ad Christi mensam accubemus cum Abrahamo, Isaac & Iacobo atque omnibus sanctis, quos quocumque vnquam fuerunt & in posterum futuri sunt. Illic ex Christi manu sumemus beatam immortalitatis ambrosiam & gaudij aeterni nectarem. Et quia tunc quoque restituetur lux illa rationis, quam peccatum in nobis maxima ex parte extinxit, nullus praeterea erit locus ignorantiae, neque quicquam interrogemus opus erit. Nam ut Christum tunc omnes coram videbunt & agnoscunt: ita in illo agnoscunt simul omnes, quorum coheredes per illum facti sunt. Typus huius rei in Adamo praesertim, qui ut animalia omnia primo intuitu certis nominibus distinguere potuit, ita Euam non antea visam ex sua carne & suis ossibus desumptam suam intellexit, quam primum hanc in eius conspectu Dominus adduxit. Et discipulos tres, quos suae clarificationis testes Christus habere voluit, Moysen & Eliam mox agnouisse scimus, cum illos viderunt. Facit hoc olim plurimum ad felicitatis & gaudij illius caelestis perfectionem. Praedicantur magnifice in historijs Mithridates & Cyrus, quorum ille duarum & viginti gentium, quibus imperabat, linguas calluit, ut sine interprete cum quibusvis colloqui posset: hic vero milites suos omnes ex facie nouit, & singulos suis nominibus copellare potuit. At quam parum hoc fuerit, si cum electorum conditione in caelis conferatur, qui ut omnes se mutuo internoscent, ita vno ore & vna lingua Deo psallent, & dulcissimo consensu eorum bonorum hereditatem simul possidebunt, quae oculus non videt, & auris non audiuit, neque in mentem homini uenerunt? Felices qui horum consideratione intenti circa carnis cupiditates & infelicis mundi studia minus occupantur.

Sequitur loci huius conclusio: Hac iam tertia vice manifestatus est Iesus discipulis suis, cum resurrexisset a mortuis. Tertiam dicit hanc apparitionem, quod sub vna comprehendat, quae quidam non aliquo die factum fuit. Scimus enim illam ipso resurrectionis die sepius visum fuisse, Mariae nimirum Magdalene, Simoni Petro, duobus Emauntem proficiscentibus, & tandem decem discipulis simul congregatis. Sed (ut diximus) omnia eius diei acta sub prima apparitione Ioannes comprehendit. Alteram facit, qua octavo die post Thomae se videndum & conuersandum prebuit. Tertia ergo fuerit, quam modo audiimus, & quae haud dubie prima fuit inter eas, quae in Galilea factae fuerunt, quas plures fuisse ex alijs locis colligitur. Voluit enim sepius & per interualla se illis manifestare, ut certior esset rei fides. Ioanni vero tres istae apparitiones visae sunt sufficere, ut nos in huius articuli fide confirmet. Erunt ergo inexcusabiles, qui vel plures requirunt, vel cum reliquis

Christus discipulos inuitat.

Imago vite caelestis.

plures alias descripsit credere tamen dedignantur. Maior tamen illorum culpa est, quod de
euangelij negotio quoti die infinitis experimentis edocentur, nihilominus tamen ei impudenter
niunt. Nos constanter in ea fide perseveremus, qua Christum Iesum pro peccatis nostris mortuum
& propter nostri iustificationem a mortuis resuscitatum esse credimus, & sic in illo salutis
heredes erimus. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in eternum. Amen.

H O M I L I A C L X X I X.

Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ionæ, dilige
me plus quam hi: Dicit ei: Etiam Domine, tu nosti quod amem te. Di
cit ei: Pisce agnos meos. Dicit ei rursus secundo: Simon Ionæ, dilige
me: At illi: Etiam Domine, tu nosti quod amem te. Dicit ei: Pisce oues
meas. Dicit ei tertio: Simo Ionæ, amas me? Indoluit Petrus quod dixit
sibi tertio, Amas me? Dixit ei: Domine, tu omnia nosti: tu nosti
quod amem te. Dicit ei Iesus, Pisce oues meas. Amem amen dico tibi,
cum esses iunior, cingebas te, & ibas quod uolebas: cum autem seneris,
extendes manus tuas, & alius te cinget, & transferet quod non uis. Hoc
autem dixit significans qua morte glorificaturus esset Deum.

ET si Dominus noster Iesus Christus communis omnium seruator sit, qui ipsum uera fide
xantur, præ alijs tamen hominibus discipulos duodecim sibi elegit, quibus se per doctrinam
miracula familiariter manifestaret, ut hi postea rerum ab ipso gestarum testes essent oculis.
causa est, quod post resurrectionem quoque ipsdem frequenter apparuit, & (ut colligitur
euangelistarum scriptis) de tribus potissimum cum illis egit. Primo se uera ex mortuis uiu
xisse & corporis sui proprietates naturales retinuisse, infinitis argumentis & testimonijs probauit,
quod factum opus erat, ut se mortuis uictorem esse testaretur, & nos salutis certos redderet. Dicitur
gni Dei mysteria illis exposuit, in quibus eos diligenter institui oportebat, ut quam prius habuerat
de regno ipsius terreno opinionem deponerent, seq. ad celestia prepararent. Tertio euangelij
sterium ipsis commisit, ut per eos alij complures in salutis cognitionem adducerentur. Quod
pertinet, quod Cap. 20. de spiritu sancto ipsis dato & clauum potestate audiimus. At quia
auihoritas uehementer labefacta erat, eò quod Christum turpiter abnegauisset, non concessit
quod cum omnibus egerat, nunc cum illo actionem peculiarem suscipit, qua eum in pristinam digni
tatem restituit: primum quidem, ut ipse animum colligeret, & se uere restitutum sciret: inter
ret Domini negotium: deinde, ut doctrinam eius à contemptu vindicaret, ne hoc ab aliquo
factam Christi abnegationem sperneretur. Est ergo huius loci usus duplex. Docet enim primum
catores à Deo non reijci, sed in gratiam benigne recipi quam primum à peccatis ad ipsam conuer
tur: quam uem rationem nos quoq. in illis recipiendis tenere oporteat. Deinde omnem ministrum
cliafici ratione tradit, nec officij modò ministros admonet, sed simul docet quid in hoc mun
polliceri, & ut se ad crucem ferendam preparare debeant. Itaque ad hæc duo capita his præ
accommodabimus.

Argumentum
huius loci.

Bonitas Dei er
ga peccatores.

Quoad primum, antea omnia Christus inspiciendus uenit, qui per actum prandio ad Petrum
uersus de eius restitutione agere incipit, & quidem audientibus hoc sex alijs discipulis, quæ
restes esse uoluit. Vbi diligenter considerari debet illius bonitas, qua tam facile & turpiter lapsi
gratiam recipit, & non modò peccatum ei condonat, sed in pristinam quoque dignitatem illum res
tuit. Confirmantur hoc exemplo promissiones de peccatoribus & remissione peccatorum, quæ
scripturis passim occurrunt, ut Ezech. 33. *Uino ego, dicit Dominus Deus, non delebor morte pecc
toris, sed potius ut reuertatur à uia sua, & uiuat. Itē Isā. 43. Ego ego ille ipse sum, qui delebo
gressiones tuas, idq. propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Et rursus Isā. 43. *Si
cata uestra fuerint ut coccus, niue albia reddentur: sicut rubeant in stat purpure, sicut uirga
fiat. Quò imprimis referri debet illud Pauli: Fides sermo & modis omnibus dignus quem am
fuerit.**

...amur, quod Christus Iesus in mundum venit, ut peccatores saluos faceret. Ne qui verò peccatorum suorum vel multitudine vel atrocitate territi, promissiones istas nihil ad se pertinere putarent, non in modum peccatorum exempla scripturae commemorant, qui in gratiam recepti sunt, sed eorum etiam, qui in ipsius Christi personam directè & palam peccarunt: quales scimus milites fuisse, quorum opera in crucem suffixus fuit: & Petrus, qui cum illum abnegasset, dignus erat cuius Christum quoque perpetuo puderet. Sed ut illorum mentes mox ille percussit, ut Dei filium agnoscerent, quem paulo ante omni probrorum genere affecterant: ita Petrum quoque benignè respexit, & in Apostolorum gregem rursus eum cooptat, qui ab ecclesie cœtu in uniuersum excludi merebatur. Et quia huius generis exempla multi extant, imò hodie etiam sceleratissimos quosque Deus per euangelij predicationem ad penitentiam inuitat, & suam illis gratiam spontè offert, debet hinc generalis doctrina vel consolatio peti, ne in peccatis aut ex horum conscientia enascentibus tentationibus desperemus. Datur enim in æternum, ut regius ille Psaltes ait, bonitas Domini, & misericordia eius non est finis. Simul verò Christi exemplum nos imitari conuenit, ne in quenquã rigidiores simus quam par est, neue temere eos abiciamus, quos leniter fouere & amicis admonitionibus in viam reducere conuenit. Ne enim non probantur chirurgi, qui membra affecta temere resecat, priusquam de illis curandos cogitarint, & incurabilia esse cerò deprehenderint: Ita multò minus ferendi sunt, qui Christi corpus, ecclesiam, præcipiti & inconsulta eorum exclusione defædant, quos ille sui sanguinis pretio redemit.

At ne quis nimia indulgentia disciplinam simul omnem ex ecclesia tollat, probè expendendum erit, qualis tunc fuerit Petrus, quando illum Christus in gratiam recepit. Vbi nos animo repetere oportet, quæ de eius penitentia hucusque dicta sunt. Nam etsi confidentia sua deceptus turpiter peccat, at tamen Christi amorem & reuerentiam ex animo suo nunquam eiecit, quod multa argumenta testantur. Primò enim tantis fecit verba Christi, ut galli quoque cantum obseruaret, cuius ille ipsum admonerat, & illo excitatus omnia eius in mentem reuocauit. Deinde peccati conscientia percussus amare stetit, & quem animo conceperat dolorem lachrymis testatus est. Adhæc mox ad discipulorum cœtum rediit, ne ab ecclesie societate diuelleretur, in quam Christus ipsum cooptauerat. Præterea Christi studio ita flagrauit, ut illius resurrectione audita inter primos ad sepulchrum excurreret, & primum de hac disputantium colloquia auidè captaret. Adde his, quòd nuper in medias vndas exiliat, quamprimum Christum in lieto astare audivit, ut quam ocysime illi coniungeretur. Sunt hæc luculenta penitentia non fucatae indicia: adhuc tamen illum Christus peculiari examine probat, & quasi de illo dubitet, eum iterum atque iterum, num se amet, interrogat. Minimè ergo exemplum hoc typi patrocinatur, qui penitentiam vel nullam vel fucatam & momentaneam agunt, qualem in scripturis Dominus per Hoseam Cap. 6. accusat. Et debent promissiones gratiæ ad eos restringi, qui non ad spernantur, & vocanti Domino obtemperant. Quod enim de Petro in presenti dicitur, hoc ipsum in Davide & multis alijs scriptura prædicat, quos à Deo in gratiam receptos esse scimus. Eorum itaque exempla imitentur, quicumque vel cum illo reconciliari, vel in ecclesie societatem rursus recipi cupiunt. Nec indignius ferant, si seuerius examinentur. Quia enim ecclesiam falli periculosum est, & multi ex aliorum exemplis peccandi occasionem arripiunt, diligentiam in hac re adhibere debent, quibus ecclesie administrationem Deus cùmiserit, ne sua negligentia publici alicuius scandali auctores sint.

Videamus nunc ea, quæ ad alterum huius loci usum pertinent, & ministerij ecclesiastici rationem omnem comprehendunt. Vbi rursus primo loco nobis Christus occurrit, qui ad Petrum conuersus ait: Simon Ione, diligis me plus quam hi? Questionem verò hanc ter repetit, quia ille ter ipsum abnegauerat, ut (quod Augustinus obseruauit) trina negationi trina reddatur confessio, neque minus amoris lingua seruiat, quam timori. Et quia non simpliciter querit, num se amet, sed discipulos alios in comparationem adducens, ait, Diligis me plus quam hi? non obscure suam confidentiam illi in mentem reducit, qua in vltima Cœna se reliquis discipulis omnibus prætulerat, dicendo: Etiamsi omnes offendantur in te, ego tamen nunquam offendar. Ita verò cum fides & amoris confessione simul modestie etiam argumentum ex eo elicere voluit, ut exemplum hoc omnium institutioni melius seruiat. Imprimis verò hæc obseruari debet, quòd ab ista questione

Qualis fuerit Petrus cum restitueretur.

Christus Petri examinat.



Christus exordium sumpsit, neque prius dignitati suae pristinae Petrum restituit, quam in suo amore aperte professus fuit. Ex eo apparet ad ecclesiae gubernationem idoneum esse numerum, qui Christum vere & ex animo diligunt. Est enim munus hoc per se laboriosum & carni iniquum, quod quoddam hominem totum sibi vendicat, neque locum aliquem suis studiis relinquit, quibus carnis maxime delectatur. Et in ipsis omnibus, id est, fidelibus Christi multa sunt, quae odium merentur & pastoribus fastidium mouent, quando multos aduersus propriam salutem pugnare, & inter herbicorum instar proceruire vident. Accedunt his pericula, quae Satan obijcit, qui aduersus ecclesiam ministros potissimum tyrannos excitat, ut ab illis plerumque persecutionis initium faciant. Ergo pastores in Christum respiciant, & hunc ex animo diligant, ista nunquam superabunt, sed huic succumbent, quando fide, constantia & fortitudine imprimis opus erit. Ut enim coniuges & educationis liberorum molestias solus amor vincit, quo coniuges tam se inuicem quam ex se progenies prosequuntur: Ita Christi amor ministros accendit & urget, ut quidvis potius ferre & facere velit, quam eos negligere, quos eius sanguine redemptos esse sciunt. Ideo passim ad Christum, cuius est dominum & ministerij auctorem remittuntur ministri, ut ab illo se ordinatos & constitutos intelligant. Admonet de hoc Asia doctores grauius Paulus Acto. 20. Attendite vobis & uniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus constituit episcopos, ad pacendam ecclesiam Dei, quam acquisiuit suo sanguine, &c. In quam sententiam Christus quoque parabolam dispensatoris addit Matth. 24. Rursum vero Apostolus falsis pastoribus & seductoribus hoc quasi proprium tribuit, quod Christum non amant, sed priuatis modo commodis intenti sunt. Quotquot ergo ad ecclesiam ministerium accedere influerunt, ante omnia se ipsos probe examinent, num Synecro amore Christi deant, & ijs ferendis sufficiant, quae huic functioni coniuncta sunt. Quapropter in ipso ministerio dici solet impingunt, qui nulla Christi & gregis ecclesiastici ratione habita, ad ministerium huiusmodi commodi studio contendunt, & se non artibus modo Simoniacis, verum etiam obsequiis deinde ignaue & perfide omnia agunt, & si vel lucri maioris spes, vel periculi grauioris metuuriatur, turpiter desciunt, & tam sibi ipsis quam alijs exitij auctores sunt. Exit ergo illis, quod de ministerio octauo Papa Romani scriptores prodiderunt: Ingressus est in vulpes, sed ut vulpes, non ut ovium esset, ut canis. Itaque in eorum meditatione assidui sint ecclesiae pastores, quae Christi amorem in omnis ipsorum accendere possunt, & officij sui dignitatem recte asstinent. Interim communi omnium priorum consolationi seruit locus iste. Docet enim, quanti faciat salutem nostram Dei filius, cuius gregis sui curam non alijs, quam sui amantissimis committit, se autem tunc vere amari existimant, si fideliter pascantur isti, quos ipse semel in ouium suarum numerum adoptauit. Quis ergo hunc negligi putet? Cessant quidem non raro in suo munere pastores ecclesiastici, & ideo penam deponunt gregis domino: at idem ille interea ouium curam gerit, neque aliquam sibi ex ministris partem patitur.

Petrus amorem
Christi profite-
tur.

Sed Petrum audiamus, qui Christo sic responderet: Etiam Domine, tu scis quod amo te. Hoc secundo dixisset, non autem desineret interrogare Christus, ipse tristior factus cum maiore vehementiori affectu ait: Domine, tu omnia nosti, tu nosti quod amo te. Ergo amorem Christi non verbis modo, sed re ipsa testatur, quando ad questionem hanc toties repetitam toto animo commouetur. Ita tamen respondet, ut summam modestiam cum amore Christi coniungat, & non pro argumento doceat, quantum in Christi schola post lapsum suum profecerit, qui prima in suis ipsius fiducia peccauerat. In vltima enim Cena Christo ipsum de futura abnegatione aduenienti insolenter responderat, & fratres simul omnes praese contempserat. Nunc autem Christus dico sese submitit, hunc sui amoris testem sistit, & quamuis ab eo reliquos discipulos in comparationem adduci audiat, nihil tamen de illis pronuntiat, sed eo contentus est, si de suo amore respondet. Imò dolorem nouum animo concipit ex tam serio amoris sui examine, non quod illud minus ferat, sed quod prioris culpa adhuc memor timet, ne quid simile Christus in ipso praedat, & ideo ipsum tam diligenter interroget. Et quamuis se ad euangelij ministerium animo aduenisset, non tamen ea dignitate efferatur, sed carnis suae infirmitatem, quam expertus erat, adhibere spectam habet. Debent modestiam hanc imitari omnes ministri, ne quid sibi ipsis & propriis ministerijs

...sed meminerint, se ex semetipsis ad nihil idoneos esse (vt Paulus ait) omne vero hoc quod
...quod habent, ex gratia Dei accepisse, qui ex miseris mortalibus quos vult deligit, & spiri-
...sui donis exornat, vt mysteriorum regni sui dispensatores fiant. Simul vero discant omnes ho-
...ita se gerere, vt Dominum sua fidei & amoris restem habeant. Nec enim prodest quicquam,
...habetur) omnia nouit, neque villo furo externo fallitur. Qui autem hunc fidei & pietatis sue
...habent, hi & conscientia tentationes facile vincunt, & hominum iniquis iudicijs non mul-
...commouentur.

Petro Christi mandatum paulo attentius considerare oportet, quo Petrum sua functioni resti-
...dicens: Pafce oues vel agnos meos. Detorquent enim verba hac aduersarij nostri, vt Ro-
...manum Pontificem vniuersalem totius ecclesie per totum orbem disperse, adeoque singulorum qui
...Christo nomen dederunt, pastorem esse euincant. Et extat in iure Pontificio Canon Bonifacij VIII.
...censius paulo ante mentionem fecimus) in quo inter alia sic loquitur Bestia: Dicente Domino ipsi
...Petro, Pafce oues meas: Meas, inquit, & generaliter, non singulariter has vel illas; per quod com-
...missio sibi intelligitur vniuersas. Sine ergo Graeci, siue alij dicant, se Petro eiusq; successoribus non
...esse commissos, fateantur necesse est, se de ouibus Christi non esse, dicente Domino in Ioanne, vnum
...ille & vnicum esse pastorem. Et post multa huius generis tandem concludit: Porro subesse Roma-
...Pontifici omnem humanam creaturam declaramus, dicimus, definimus (obserua os illud apud
...Danielem loquens grandia) & pronunciamus, omnino esse de necessitate salutis. Habent ista apud
...vires atq; imperios aliquam veri apparentiam, sed ea facile abstergiunt, si rem ipsam propius inspi-
...ciamus. Primum enim manifestus error est, quod ad vnum Petrum restringunt pascendi munus, quod
...Apostolis omnibus ex aequo Christo commissum. Qui enim hic Petro dicit, Pafce oues meas: supr a di-
...scipulis omnibus dixit: Accipite spiritum sanctum, Quorumcunque remiseritis peccata, remittuntur
...eis, &c. Et rursum iam discipulis: Ite in orbem vniuersum, & predicat e euangelium omni crea-
...tura, &c. At quid de Apostolis dicere attinet? quando ministros ecclesiarum omnes pastoris titulo
...spiritus sanctus exornat, quem falsum dicere oportebit & inanem, si non ad singulos eorum pascendi
...munus pertinet. Paulus certe (vt supra annotauimus) Asia ministros a spiritu sancto constitutos
...at, vt pascant ecclesiam Dei. Idem ad Ephesios docet, Christum dona sua ex alto inter homines di-
...stribuere, & alios quidem dare Apostolos, alios prophetas, alios Euangelistas, alios autem pastores
...et doctores. Sed & ipse Petrus in priori sua epistola Senioribus ecclesie omnibus praecipit: Pafcite
...gregem, qui penes vos est, &c. Nimirum ergo iniqui sunt Petro Romanenses, qui eius solius hume-
...ris omne illud imponunt, quod Christus pro donorum suorum ratione inter Apostolos omnesque ho-
...minum successores distributum esse voluit. Deinde de suo assuunt, quod in genere oues Christi omnes
...vni Petro commissas esse aiunt. Nec enim ita Christus loquitur, & si ea fuisset eius sententia, non
...posset se ab officij male administrati crimine Petrus liberare, qui non totum orbem terrarum per-
...egisset, & omnibus gentibus predicauisset, sed in eo se passus fuisset superari a Paulo, qui postea
...quali extraordinarius quidam ad Apostolatam vocatus est, & plus omnibus alijs laborauit.
...Tertio suum reliquis Apostolis omnibus honorem eripiunt, qui aut otiosi a suo officio cessare, aut
...Petro seruire debuerunt: & ita dum vnum Petrum altius euehunt, reliquos omnes in lutum depri-
...mant, & inter Apostolos primatum vel principatum stabiliunt, quem toties damnauit Christus,
...quoties illi ante acceptum spiritum sanctum de illo ambiziose contenderunt. Quarto Christi verbis,
...qua Capite decimo audiuiimus, non sine sacrilegio Bonifacius abutitur, quando ad Petrum & hu-
...ius personatos successores, Romanos Pontifices, restringit, quod ille de seipso vnico summo eccle-
...siae pastore pronunciat. Postremo totus huius loci contextus illorum imposturam & fallacias ar-
...guit, ex quo apparet (quod D. Augustinus quoque & Cyrillus obseruauerunt) actionem hanc non
...dum ob causam cum Petro institutam fuisse, quam vt eius auctoritati consuleretur, quam abne-
...gatio Christi turpiter labefactaret, & ipsum Apostolorum ordini restitutum, non autem principem
...illorum factum esse, omnibus constaret. Neminem ergo istorum hominum fallaciae & violentae
...scripturarum allegationes moueant. Pastorem autem ecclesiae vniuersalem, & (vt ipse Petrus lo-
...quitur) agnoscamus Iesum Christum, qui cum ipse

Pafce agnos meos.

Extra com. Ca de Matoritate & obed.



ab ecclesia sua nunquam discedat, Vicario minimè opus habet, cooperarios autem sibi assignat in ministerio, quorum ministerio ex gratia vritur in verbi predicatione & sacramentorum administratione, ut nostræ carnis infirmitati sese accommodet. Si qui verò ista dignitate non contenti ad altiora aspirant, ij non Christi, sed Antichristi serui, aut etiam ipsi Antichristi sunt: quod non primò dicimus, sed dicti huius suffragatorem habemus Gregorium Magnum, qui ante annos nonnongentes sexaginta, quando infelix illa de episcoporum primatu contentio primùm exortuit, non deditur Mauricium Imperatorem scribere: Antichristi præcursor est, quisquis appellari cupit vicarius episcopus.

Pascere quid sit.

Et hæc quidem præmittenda fuerunt, ut Christi dictum aduersarij extorqueremus, qui suam tyrannidem stabilendam abutuntur. Nunc singula Christi verba excutiamus. Primum pascere, inquit. At quod vno verbo Latini interpretes reddiderunt, Ioannes in Græco sermone dicitur expressit, βόσκω ἡσὶν τοῦ ποιμαίνε, quorum illud quidem de sola pastura exponi potest, hoc verò de gregis totius ouiumq; singularum gubernationem comprehendit. Verumq; per verbum aduersarij edocti salutis suæ certi sunt. Hi enim intra animos suos satiri nihil præterea sperant, & vident. Ad alterum verò cum doctrina simul etiam admonitione, hortatione, correptione, interminatione adeoque disciplina publica opus est, quæ sub vno capite Iesu Christo continentur, qui illi nomen dederunt. Et quia doctrina appendices promissionumque Dei sigilla sunt sacramenta, horum quoque administratio pastoribus commissa est, in qua primam illorum institutionem vnicè respicienda ex ijs patet, quæ Paulus de Cena Domini ad Corinthios tradidit. Nunc autem obsequens Christum hinc verbis non imperium aut dominium in ecclesia constituit, quale sibi Petrus dicit, sed ministerium, cuius finem Paulus esse docet adificationem ecclesiæ & corporis Christi conseruationem. Imò, quia pascendi officium Apostolis & horum successoribus Dominus commisit, per diæ summa & crudelis veneficij conuincuntur, qui in ecclesia pro sua libidine omnia infirmitates & humanarum traditionum toxica ijs miscunt, quos in læta verbi Dei pastura deducere, & conseruari promissionum fluentis recreare & consolari debebant. Deinde agnos & oues nominat, quibus vocabulis credentes aut fideles intelligi, supra Cap. 10. didicimus. In presenti tamen nominibus distinguuntur, quia non eadem apud omnes fidei & donorum spiritus sancti mensura est, sed enim alij nouitij adhuc, & agnorum instar teneri atque inbecilli. Alij verò vterius progressum vires aliquas collegerunt, & hi quoque non omnes in eodem perfectionis gradu sunt constituti, quæ differentiam Paulus ad Corinthios & Ephesios infantium & virorum iam aduortum periculis exprimit. Propheta verò inter oues alias quidem iuueniles & lasciuientes facit, alias vero cæcas & infirmas, alias saucias & confractas, alias errantes, alias rursus stantes & robustas, Zach. 11. Et Zach. 34. Quæ discrimina omnia Christus agnorum & ouium nominibus comprehendit.

Agni & oues.

Hæc autem diligenti cura & obseruatione pastores vti conuenit, ne erga aliquem suo officio sed sed singulorum moribus & natura sese accommodent, & eam docendi rationem sequantur, quæ nunquam opus habere vident. Sic Paulus lacte eos cibabat, qui adhuc infantes erant, & carnaliorum lidorem non poterant admittere. Et Christus alibi cibum hunc spiritualem in tempore apponere debet, ut singuli habeant id, quo illis maxime opus est. Apud prophetas autem hi demum prædicant, qui ouem perditam requirunt, propulsatam reducunt, confractam obligant, infirmam roborant, pingues verò & ferociore disciplina iusta coercent, denique totum illud munus pastorium in iudicio obeunt. Quæ omnia Christus in presenti pascendi verbo comprehendit. Postremo, ut & agnos & MEAS oues, ait Christus, ut ostendat dominium hoc gregis totius sibi integram esse, neque se vnquam cessurum possessione huius peculij, quod pater ipsi tradidit. De quo etiam Capite decimo plura diximus, ubi rursus Pontificum tyrannus arguitur, qui in ecclesia quæuis pro suo arbitrio agendi potestatem sibi sumunt. Arguit hos ipse Petrus, quando pastores conuenit, ut gregem Domini pascant, non autem illi cum imperio dominantur, & venturam aduocant, qui principem illum pastorem, qui fidei seruus premium daturus, de perfidis autem & tyrannicis ecclesiæ oppressoribus pœnas sumpturus sit, quas illorum improbitas meretur. Horum præsertim detentio non modo ministros excitat, ut in officio suo strenui sint, verum etiam quosuis alios adiuuat, ut Christi

Christi verbo se gubernari sinant, & ita testentur se ex omnium numero esse, quas ille olim ad aere-

Petro predicatio
tur martyrii.

na vite pascha colliget. Consolatur praeterea pios, quibus pastores aut ignavi aut perfidi & crudeles obigerunt. Quia enim oves pro suis perpetuo agnoscat Christus, non poterit eos relinquere, sed suo tempore in libertate afferet suos, de illis vero penas sumet, qui in eius peculium tyrannide exercent. Ceterum non modo pascendi officium Petro committit Christus, verum etiam mortis supplicium praedicit, quod aliquando subiturus sit, dum in illo fidelis esse studet. Amen amen dico tibi (inquit) cum esses iunior, cingebas te, & ibas quod volebas, cum vero senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & transferet quod non vis. Et haec illum de mortis genere dixisse, quo Petrus Deum glorificaturus erat, Ioannes exponit. Vt autem parabolicis locutionibus, quas ex Orientalium moribus desumit. Solent hi vestitu laxiori & ad talos usque demisso uti, ideoque iter facturi sese succingunt. Sensus ergo verborum est: Olim quidem liberius vivebas, & pro tuo arbitrio vestire volebas res tuas. Sed quia mihi iam consecratus es, non tibi posthac libertas illa concedetur: necne pericula modo & omnis generis aduersa te manent, quoad ministerium hoc obieris, sed ubi ad senectam uentum fuerit, tunc grauius tibi certamen incumbet. Extendes enim manus tuas, & alius te loris aut fimbriis ligatum transferet quod non vis. Ostendit ergo illum violenta morte morturum esse, quod ita illi accidisse Egesippus testatur, qui eum Romae inuerso ad terram capite crucifixum esse scribit. Cuius historiam ego non libenter negauerim, cum constet illum Apostolorum temporibus uicinum fuisse, ut qui circa annum a nato Christo centesimum septuagesimum floruit. Et crucis supplicium non obscure inuicem manuum extensio, cuius hic meminit Christus. Neque tamen adeo fabulosum illum librum, qui sub Lini titulo circumferretur, & eorum commenta admittimus, qui Petrum Romae sedisse, & ecclesiae illius episcopatum constituisse fabulantur, cui annis viginti quatuor praeseruit. Confutantur enim hi annorum & temporum serie, quae ex fide dignis historicis colliguntur. At amen uersimile uidetur, quod senex iam uel spiritu duce, uel (quod Paulo accidit) capite uinctusq; Romam uenerit, ut illic martyrij coronam acciperet. Kolui autem de mortis genere illum publice admonere Dominus, idq; graues ob causas. Primo, ut eius auctoritati amplius conuinceret inter discipulos, qui suspicari poterant, illum inter grauiora pericula idem facturum fore, quod in Caiaphae domo fecerat. Ostendit ergo ealem omnino fore, qualem promiserat in postrema cena, quando se mortem pro Christo subire uelle dixit. Deinde diluit his uerbis falsam de regno Messiae terreno opinionem, qua discipulos tunc adhuc detentos fuisse, Lucas Acto. primo Cap. perspicue docet. Adhaec in genere omnes ministros admonet, ne sibi opes, honores & voluptates huius saeculi polliceantur, sed ad crucem & pericula sese praeparant, consolationem uero ex eo petant, quod Christum, cui seruiunt, ipsos & res ipsorum omnes nouisse audiunt. Sed proderit singula Christi uerba diligenti inuestigare.

Petrus iam se-
nex occiditur.

Primo, cum senueris (inquit) alius te cinget. Numerantur autem a morte Christi usque ad ultimum Neronis annum, quo Petrum in crucem suffixum esse tradunt, anni circiter triginta sex: unde satis apparet, illum tunc prouectae aetatis fuisse. Id uero mundi ingratitude & crudelitatem arguit, qui optime de se meritos sic odit, ut absque aetatis etiam respectu crudeliter occidat eos, quibus uitam & quies iam debebatur, & quos ipsa canities uenerabiles reddidit. Sic olim Isaiam, Ieremiam & plures alios ex prophetis, crudeliter necatos fuisse scimus, cum extreme senectutis metam per infatuos labores atque pericula attigissent. At non minus elucet in his Dei potentia atque bonitas, qui uicinis tyrannis seruos suos tam diu tueri potest, neque eos periculis grauioribus obicit, priusquam uerbis satis instructos esse nouit, ut illis ferendis sufficiant. Est enim fidelis, & suos non supra uires tentari sinit. Consolatur hoc nos in omni tentationum genere: imprimis autem discamus non indigne ferre, si senes iam grauius affligi & exerceri patiarur Deus: quin potius cogitemus, aequum esse, ut qui longo rerum usu fidei uires maiores collegerunt, grauiora certamina sustineant, & plures alios suo exemplo confirmant.

Transferet quod
non us.

Deinde, transferet (inquit) quod non vis. Ergo ne Petrus inuitus & reluctante animo pro Christi nomine mortem sustinuit? Nequaquam. Sed ad carnis ingenium respicit Dominus, & distiduum exprimit, quod in electis quoque inter illam & spiritum intercedere solet. Cupiunt enim illi distidui & cum Christo esse, ut Paulus de seipso ad Philippenses scribit. At rursus caro praesenti hac



vita deletatur, & ipsa natura dissolutionem illam corporis & animæ horret atque formidat. *D. Augustinus ait* tam naturalis est affectus ille, ut nec senectute aboleri possit. Exemplum in nobis quotidie videmus, qui cum omnibus membris debilitari, neque sibi ipsis neque alijs videri tamen in perpetua fastidia spiritum agrum potius trahere, quam illum in Christi manibus arborum & malorum huius vite pondere superari, nobis ipsis mortem consciscamus: quod precibus multo facerent, nisi isto naturali metu atque horrore abstererentur. Prodest autem illa sepe diligentem meditari, ut primo quidem nostræ infirmitatis memores, carnis cupiditatibus resistamus, & lactantem cum hac spiritum precibus assiduus iuuenimus: de quo Christus discipulum montem oliueti grauius admonuit. Deinde consolationem quoque dulcissimam hoc memento nobis affert, ne infirmitatis nostræ sensu terreamur aut desperemus, quando constat, hinc non modicum estis Martyribus, verumetiam in Christo Iesu, quoad assumptam carnem, locum habuisse.

Morte sanctorum glorificatur Deus.

Postremo Ioannis verba obseruari debent, qui Petrum morte sua Deum glorificasse scribit. Ergo sanctorum mors non est misera, sed ad Dei gloriam facit, & ideo pretiosa est, in conspectu Domini, ut Psalmus 116. docet. Glorificant autem pro Deum morte sua bisariam. Primum, quod ipsi & vitam suam eius gloriæ & verbo postponunt. Deinde, quod suæ mortis testimonio magis doctrinam confirmant, per quam Dei bonitas & misericordia, iustitia item, veritas, & potentia omni potentia maxime illustratur in Christo, sicut alibi copiose diximus. Est ergo hoc magnum consolationis argumentum, quo in persecutiombus & ipso articulo mortis fidem nostram confirmamus. Si enim neque turpis mors viro forti (ut Cicero olim dicebat) accidere potest, neque misera, quanto magis Christianos homines in morte infracto animo esse conuenit, qui hanc Deo ipsi offerunt, sibi ipsis verò salutarem & certissimum ad celestem patriam compendium esse, ex ipsius ore didicerunt? Consideremus ergo diligenter hanc crucis & mortis nostræ gloriam, neque tempus nobis excidat illud Pauli: Si cum Christo morimur, cum eodem viuemus. 2. Timoth. 2. Quod si obseruemus, hoc Ioannis dicto eorum superstitionem confutari, qui gloriam que vni Deo debetur Diuos transferunt, quos in periculis constituti inuocant, & iisdem cultum diuinum exhibent. Excusant se isti eo potissimum argumento, quod istos honores merentur, qui pro Christo diuam gloriam subierunt. At nimis præpostere hoc dicunt. Cum enim ideo sic mori voluerint, ut Deum glorificent, nimis absurdum est, Dei gloriam nunc propter ipsos obscurari, dum apud illos quærent quod non alibi quam apud hunc inueniri potest. Neque in Deum modo, sed in ipsos etiam diuiniurij sunt isti homines, quos præcipua mortis suæ gloria spoliant. Nos ergo salutis fiduciam in vno Deo collocatam habeamus per Iesum Christum, qui ut Mediator & Salutaris mediator est vnicus, ita suos & in hac vita ad sui nominis gloriam tueri potest, & eodem olim tempore coheredes faciet. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

HOMILIA CLXXX.

Et cum hoc dixisset, dicit ei: Sequere me. Conuersus autem Petrus uidet illum discipulū, quem diligebat Iesus, sequentē, qui & recubauerat in Cœna super pectus eius, & dixerat: Domine, quis est ille qui tradit te? Hunc ergo cum uidisset Petrus, dicit Iesus: Dñe, hic autē quid dicit ei Iesus: Si eum uelim manere donec ueniam, quid ad te: tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille nō moreretur. At non dixerat ei Iesus, quod nō moriturus esset: sed, Si eum uelim manere donec ueniam, quid ad te? Hic est discipulus ille, qui testatur de his, & hæc scripsit: & scimus, quod uerum est testimonium eius. Sunt enim & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur sigillatim, neminem mundum quidem ipsum opinor capturum eos qui scriberentur libros.

Quoniam

& germanus Christi discipulus, curiositatis superuacaneae simul & noxie exemplū prebet, quā
 ni nostrae agnata vel naturalis est: & qua fit, ut in aliorum mores atque fortunam magis quam
 nos ipsos intenti simus. Parit ea deinde pessimos & nocentissimos fructus, quod nimirum nec in
 cationem negligimus, aliorum fortunam atque successus emulamur, inuidia ringimur, neq. illis
 sed ipsum quoque Deum accusamus, quasi iniquo iudicio bona sua inter homines distribuat. Quibus
 neglectis ijs, quae ad nos spectant, in aliorum vocationem irruimus & aliena negotia suscipimus
 standā. Funt ista hodie vulgō. Priuati enim homines relictis suis negotijs de ecclesie ministerijs
 repub. disputant, & quasi ipsi omni officio probe defuncti sint, doctores simul & magistratus
 uant, & in illis omnia malitiosē calumniantur. Multi etiam de futuris potius quam praesentibus
 solliciti, in illa inquirunt, & iam sua quam aliorum fata rescire cupiunt, procul interea aduersus
 ceptis Dei, secundum quae vitam & actiones suas omnes instituire debebant. Neq. in his
 hoc curiositatis malū, sed longius progressum in fidei & religionis causam sese extendit, et occidit
 quoque Dei mysteria scrutari audeat. Imo ab hoc iudiciorum suorum rationem exigunt, quare
 elegerit, illos verò reprobauit? Cur istos per euangelium uocet ad penitentiam, alios in
 tenebris & peccatis perpetuò volutare sinat? Cur illos quidem efficaci spiritu virtute iustitia
 ter, hos autem contumaciores & praefractiores reddat? Cur in extremo demum vite articulo
 conuersos mox in gratiam recipiat, & ijs pares faciat, qui vitam omnem in virtutis studio contu-
 runt? Cur alios perpetuis afflictionibus exerceat, alijs interea otio & pace abundantibus? Haec
 multa alia huius generis quaerunt hodie curiosi homines, & multi quaestionibus eiusmodi ita occupa-
 tur, ut omnem de vera religione cogitationem deponant, & tunc demum se quoque euangelio creden-
 dum dicant, si vel omnes populos simul, vel saltem magnates & potentiores conuersos viderint. Quod
 dum alios otiosē expectant, propriae salutis iacturam faciunt. Patet ergo latissime malū hoc, et
 sententiam afferri, quamuis primo intuitu leuiculum & vix alicuius momenti esse videatur.

Petrus à Chri-
 sto corripitur.

Non temere ergo Christus Petrum acriter reprehendit, & quaestionem eius superuacua
 non sine indignatione reijcit, dicens: Si eum velim manere donec veniam, quid ad te? tu mihi
 re. Quasi diceret: Audis quid tibi mandarim, & quae te in mundo hoc fors maneat. Quin ergo
 intentus es, mea autem cura & providentia relinquis quae nihil ad te spectant? Quid enim ad
 commodi vel incommodi redibit, etsi Ioannem usque in nouissimum meum aduentum sapienter
 manere velim? Itaque breui hoc & acri responso Petri curiositatem coercet, simulq. omnes homines
 admonet, ut suam stationem tueantur, in aliorum verò sortem aut fortunam non inquirant,
 quatenus charitas nos de omnium salute sollicitos esse, & eam pro virili tueri aut prolecerat.
 Sibi ipsis ergo haec Christi verba accommodent omnes isti, de quibus paulò ante diximus: & quae
 uida alienae felicitatis amulatio vrit, sibi dictum putent. Si Deus istos vult opulentes, san-
 ctos & beatos esse, quid hoc ad te? quin tu tuam vocationem sequere, & tibi impositam
 patienter feras. Ita qui in aliorum functiones sibi censoriam auctoritatem sumunt, animam
 sper ab ea temeritate reuocent, ut sibi ipsis dicant: Cum Deus istos ad ecclesiam & reipub. gubernationem
 vocarit, te autem vitam priuatam velit viuere, cur non intra tuae vocationis limites consistas? et
 ea tractanda sumis, quae nihil ad te faciunt? cur eorum dicta aut facta malitiosè carpes, de
 non tu, sed ipsi olim Deo rationem reddent? Idem faciant, qui de electione & praedestinatione
 rare incipiunt, & multa sibi occurrere vident, quae carni dura, absurda & iniqua putantur. Et
 (inquam) hac Christi admonitione excitati animum recolligant, & hunc ipsis dicere excusantur.
 ego hos eligere, illos verò suo exitio relinquere volui, quid hoc ad te? Annon mihi licet de emen-
 tuere quod volo? Vel num oculus tuus malignus est, quia ego erga multos indignos bonos sum
 tos verò alios, ut digni sunt, aeternum punio? Ita qui per euangelium vocati moras nectunt, et
 vel illos prius expectandos censent, similiter dicant: Cum te ad se uocet Dominus, quid alios
 cere opus est? & quid ad te siue illi quoque accedant ad Christum, siue ab eo refugiant? Quia
 sti vocem sequeris, & vocationem atque electionem tuam certam ratamq. facere studeas. Est ergo
 multiplex huius dicti vsus, & multis erroribus atq. vitijs medetur, quae nos transuersos ad
 quam primùm carnis curiositati locum damus, & eius rationes in ijs admittimus, in quibus
 lius auctoritas valere debebat.

Errer discipulo- rum de Ioanne non morituro.

Porro subijcitur actioni isti historiola de nouo discipuloru errore, quem ex Christi verbis male intellexit conceperunt. Sic enim scribit Euangelista: Exijt sermo iste inter fratres, quod discipulus ille non moreretur, id est superstes foret vsq; ad nouissimum Christi aduentum. Est autem hoc memorabile exemplum, quo de nostri ingenij corruptione admonemur, & quam procliuus simus ad erro- res quosuis, etiam cum nulla nobis iusta occasio offertur. Quod enim hic passi sunt apostoli, hoc illis sepe alias in multis alijs accidisse scimus: inter qua portento simile censei potest, quod in regni Chri- sti conceptione post plurimas grauesq; admonitiones turpissime hallucinati sunt. Et nunc ydem ex Christi verbis minime obscuris nouum errorem animo concipiunt. Tales vero sunt, quos Christus sibi ex toto hominum genere peculiariter elegerat, quos publice & priuatim instruerat, quibus (ve ipse loquitur) tanquam amicis intimis omnia manifestaret, quacumq; acceperat a patre, de quibus etiam supra testatus fuit, quod verbum suum seruarint ipsumq; vere cognouerint. Quid ergo mira- mur, si quid huius fiat hodie inter eos, qui ad eam spiritus mensuram minime adhuc peruenerunt, eam apostoli donati fuisse? Nos potius exemplis huius admoniti, causas errorum diligenter obserue- mus, quas non obscure nobis Ioannes in presenti adumbrat. Dum enim se dilectum illum discipulum fuisse tam diligenter inculcat, simul innuit Petrum Christo affectum affinxisse carnalem, qualis in parentibus cernitur, qui aliquos ex filijs tenerius quam reliquos amant, & eosdem deinde indulgen- tius tractant, neq; illos grauioribus periculis & laboribus facile obijciunt. Ita (inquam) Petrus de Christo iudicauit, & ideo putauit illum Ioanni par surum esse, ne quid grauius ei accideret. Deinde discipuli simul omnes Christi verba non satis obseruant, & ideo affectum carnis secuti ea in sensum alienum detorquent. Nam vt Ioannes ipse interpretatur, non dixerat ille hunc nunquam morituro esse, sed de suo in quosuis homines iure & libera potestate concionatus fuerat, vt Petrum a cu- riositate noxia reuocaret. Hac igitur erroru serē causa atq; origo est, quod ipsi in manifesta verbu Da laem tenebras inferimus, quando Deum fingimus longe alium quam ipse reuera sit, & inde no- stris imaginationibus decepti, verbum eius in alienum sensum detorqueamus, vt ante coceptis opinio- nibus respondeat. Exempla, quibus hoc probetur, hodie passim occurrunt. Faciunt hoc qui Diuoru intercessionem atq; inuocationem defendunt. Deum enim fingunt, qui instar Regis aut Imperatoris potentissimi in throno magnifice ornato sublimis sedeat, & maiestate sua quosuis ad se accessuros ab- sterreat: adeoq; opus esse intercessoribus, quorum commendatione nobis ad illum aditus pate- rat, & proinde hos etiam inuocandos esse contendit, vt causam nostram suscipiant. Quo fundamēto- iusto, mox scripturae locos aliquos violenter detorquent, quales sunt: Inuocetur nomen meum super- est. Item, Laudate Dominum in sanctis eius, &c. Idē in Cœne dominica negotio aduersarij nostri fa- ciunt. Nam horum quoq; animos occupat ex papatu concepta opinio de carnali corporis Christi præ- sentia & manducatione. Pro hac ergo totis animis contendunt, & ad suum sensum non Cœne modō- verba, Hoc est corpus meum, &c; sed alia quoq; omnia rapiunt, quæ is de spiritus sui presentia & virtute, deq; ecclesie sue protectione loquitur. Ad eundem lapidem quoq; impingunt imaginū defen- sori. Quia enim sibi per sua serunt, imagines esse laicorum libros, & harum contemplatione animos hominum ad deuotionem maiorem & seriam summi numinis considerationem excitari, mox vndiq; rationes, scripturae locos & exempla conquirunt, quibus suam opinionē tueantur. At facile huic malo medebimur, si primō animos nostros ab omni cogitatione carnali auocemus, & Deum nobis propona- mus qualem scripturae tradunt. Vbi mox illum per Isaiam clamantem audiemus: Cogitationes meæ non sunt cogitationes vestrae, neq; viæ meæ sunt viæ vestrae. Sed vt celi terra sublimiores sunt, ita ex- cedunt viæ meæ vias vestras, & cogitationes meæ cogitationes vestras. Quod qui intelligunt, ij re- lictis suis imaginationibus sensus suos omnes Dei verbo subijciunt. Neque illud obiter audiunt suo- legunt, neque etiam sensum, qui carni primo intuitu plausibilis videtur, statim arripiunt, sed diligen- ter singula verba examinant, finem suæ statū de quo agitur studiosè obseruant, & simul alios quoq; scripturae locos cum presenti conferunt, atq; ea ratione veritatem inueniunt. Hoc si hodie in contro- uersis articulis obseruaretur, mox contentionum omnium finem videremus.

At simul considerari debet hoc loco Ioannis fides atq; integritas, qui errori iam vulgato & apud Ioannis fides
 perosq; recepto diligentissimè medetur, & Christum nihil huius dixisse ostendit, quod illi putabant, & integritas.
 Nōn ergo cōmuni errore abuti ad priuatam gloriam aut ad stabiliendam falsō de se conceptam



aliorum opinionem. Est hoc proprium sanctis, quod suam gloriam facile negligunt, modo suam de honorem asserant, & hominum mentes erroribus liberent. Simile exemplum in Cap. primo & tertio Ioannes Baptista nobis praeberit, cui adnumerari debent, quae in Actu Cap. 3. 10. & 14. de Petro & Ioanne, Paulo item & Barnaba scribuntur. Unde colligimus, quam errant, qui hodie Divi cuius inuocatione & honoribus diuinis delectari putant, & impostores esse impudentissimos, qui vade circunducunt, ut ipsi in honore & pretio habeantur. Interim obseruabimus quos, quanta errore & illusionum satanicarum vis sit, cum inuitis & multum reluctantibus sanctis obtrepant, & in multorum animis stabiliatur. Quin est hoc peculiare diaboli strategema, ut sub eorum nomine & praetextu, qui regnum eius fortissime destruxerunt, novas superstitiones inducat, quibus illud instauratur. Quae in praesenti factum fuisse, non modo ex Monachorum fabulis, verum etiam peruersissimis & falsissimis scriptoribus constat. Scribit enim D. Augustinus, suo tempore fuisse nonnullos, qui cum Ioannes sepultum esse non possent negare, illum tamen sub terra viuum dormire dicebant. Idem mirabilis mirum, quod pulvis supra eius sepulchrum moueri solitus fuerit, ex respirazione nimirum, quam sub terra dormiens faceret. Et quamuis commentum hoc nimis ridiculum sit, ita tamen fidem multorum testimonio confirmatum, ut illud negare aut confutare Augustinus superuacuum putaret. Facta sunt huius generis multa circa Diuorum inuocationem, Missam & imaginem, quae nua falsis signis & miraculis ita confirmavit satan, ut quamuis scripturae omnes ista damna, inde tamen pullulent in hominum animis ex illis enatae superstitiones, ut ergo omnes priuatum proplare debent, ita ministros ecclesiarum perpetuo in statione esse conuenit, ne aut noui errores inuadantur, aut iterum succrescant veteres, qui iam toti radicibus euulsi videbantur. Ut enim terra tribus & tribulos sua sponte producit, neque ulla agricolae industria in ijs extirpandis minima esse potest, ita ex nobis ipsis & superstitiones originem ducunt, quas nunquam euicimus, nisi diligens studio carnis nostrae affectus reprimamus, & aduersus satanae machinationes indefinenter vigilamus.

Conclusio libri
totius.

Sequitur totius libri conclusio, quae tribus omnino partibus constat. Prima auctorem indicat. Hic est (inquit) discipulus ille, qui testatur de his, & haec scripsit. Ioannes ergo huius operis auctor est, in cuius commendationem eum primo Sermone multa dixerimus, eadem repetere uult. Opus obseruari potius debet eius modestia, quae in alijs quoque discipulis conspicitur. Ornata illam Dominus titulo magnifico, quo nihil praestantius & illustrius de homine dici potest, quando tantum filium vocauit. At non hoc nomine sese iactat Ioannes, sed discipulum Christi se esse dicit, qui tantum annis docendi munus felicissime obierat. Ita Paulus, quem Christus organum electum dicitur, seruum Christi Iesu se nominare solet, in ea nimirum magis intentus, quae ad officium ipsius pertinebant, quam quae ipsi in hoc seculo honorem & dignitatem suae praeclearae existimationem adhiberent, ut imperitos parere poterant. Confer cum ista apostolorum modestia eorum insolentiam, fastum, qui titulos magnificos praeco & pretio redimunt, imò ex philosophorum scholis eui perueniunt, apud rudes vulgus sese vendicunt, & facile videbis quo spiritu isti agantur. Sunt hi Iudaeorum principes, quos grauius accusat Christus, quod Magistri & Doctores dici uellent. Excusant quidem se publica & à multis saeculis recepta consuetudine, & ipsi ministerio inae aliquam dignitatem accipiunt. Atqui nulla consuetudo Christi praecocepto praeducere debet, qui ne quid huius sui generis monuit, ut alibi demonstrauimus. Deinde se ipsos isti accusant, quod nimium ignauis sint in suo officio, quando pro pastoribus legitimis non agnoscuntur, nisi manuum titulorum splendor ipsi auctoritatem conciliet. Atqui ex Christi uoce & imitatione pastor agnosci debet, non ex titulo, qui ambitioni potius deditum, quam Christi spiritu illuminatum arguit. Quid autem de illis dixerunt, qui ubi ecclesiae iam multis annis seruiuerunt, sub extremam fenestram ad Ichelias redeunt, ut de Doctores creentur, & inde maiori cum fastu ad ecclesiam reuertantur, cui humilitatis & modestiae exemplum debebant praebere? Sunt haec indigna Christi ministris, quibus legitima uocatio & publicanum ecclesiae testimonium sufficere debet, cum his apostoli olim contenti fuerint.

Finis & usus
huius libri.

Secunda parte finem & usum huius scripti indicat, quando se de Christi factis testari dicit, & mox librum hunc totum testimonij nomine insignit. Id uero non arroganter, sed ex officio facti. Dicit enim apostolos in eum finem electos fuisse, ut Iesu Christi testes essent, de quo sub finem Cap. 15.

dicimus. Grauer autem testimonij sui veritatem asserit, cum addit: Et scimus, quod verum est
 testimonium eius. Nec enim quæ inuereis auctoribus didicerant scripserunt aut locuti sunt, sed quæ
 ex ipso Christi ore audiuerunt, & quorum fuerunt spectatores. Ideo epistolam suam his verbis Ioan-
 nes orditur: Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod spectauimus & manus nostræ cõte-
 ctauerunt de sermone vite: quod (inquam) vidimus & audiuimus, id annuntiamus vobis. Petrus
 autem in epistola sua posteriori sic scribit: Non arte compositas fabulas secuti, notam vobis fecimus
 Domini nostri Iesu Christi virtutem & aduentum, sed qui oculis nostris aspeximus illius maiesta-
 tem, &c. Et in Senatu Hierosolymitano idem ait: Non possumus, quæ vidimus & audiuimus, non
 loqui. Fuerunt autem non modo oculati & veri testes apostoli, verum etiam intrepida animi constan-
 tia & aperto ore ea prædicauerunt, quæ de Christo verè cognouerant, suamq; de illo testimoniũ pro-
 prio sanguine & morte tandem confirmauerunt. Et hoc probè obseruandum, vt discamus, quanta
 equa nos esse debeat doctrina apostolica auctoritas, & quàm graue illorũ scelus sit, qui illam asper-
 natur, aut quacung; ratione falsi insimulant. Nec enim in apostolis hæc iniuria reïdet, sed in ipsum
 Christum redundat, qui illos huic muneri destinauit. Imò in ipsum Deum illi peccant, qui vt eadem
 celitus de filio suo testatus est: ita apostolos suo spiritu instruxit, vt officio suo possent satisfacere.
 Ideo iustus in epistola sua Capite quinto sic scribit Ioannes: Hoc est testimonium Dei, quod testifi-
 catus est de filio suo. Qui credit in filium Dei, habet testimonium in seipso: qui non credit Deo, men-
 dacem fecit enim, &c.

Postrema parte breuitatem scripti sui Ioannes excusat, & multa abs se omiſſa esse fatetur, vt
 suspitionem declinet, ne quid priuato affectu & amori Christi dedisse videatur. Sic enim dicit: Sunt
 autem & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur sigillatim, ne mundum quidem ipsum opinor
 caperem eos qui scriberentur libros, Quo loco hodie abutuntur, qui scripturis omnia contineri negat,
 quæ nobis seruandis necessaria sunt, & inde argumentum petunt, quo vel suas vel aliorum traditio-
 nes stabiliant. Ita enim arguuntur: Christus cum in terris ageret nihil fecit, quod nõ aliquid mo-
 menti ad hominum salutem contulerit: At non omnia scribi potuisse quæ ab eo facta sunt, Ioannes fa-
 tur. Ergo scripturis non omnia continentur, quorum cognitio nobis ad salutem necessaria est. At
 non consequentiam istam negamus. Nam etsi verum sit quod illi in Maiori dicunt, non tamen om-
 nia scribi necessesse fuit. Eiusdem enim generis fuerunt miracula eius omnia, & idem omniũ usus fuit,
 vt huic promissum humane salutis auctorem esse testarentur. Ita actiones quoq; Christi ad vñ &
 eandem finem fuerunt destinatae, vt vel nostræ redemptioni seruirent, vel nobis exemplo essent. Ea-
 dem est concionum eius ratio, quæ omnes eiusdem argumenti & ad vnum eundemq; finem instituta
 fuerunt. Nec enim sibi cõtraria docere potuit, qui ipsissima est veritas. Satis ergo fuit nonnulla ex
 multis annotare, quando etsi omnia scripta fuissent, non alia tamen eorum fuisset vtilitas, quàm quæ
 ex pauculis istis percipi potest. Et huic sententia Ioannes ipse suffragatur, qui in fine præcedentis Cap.
 dicit: Multa etiam alia signa edidit Iesus coram discipulis suis, quæ non sunt scripta in libro hoc: hæc
 autem scripta sunt, vt credatis, quod Iesus est Christus ille Filius Dei, & vt credentes vitam habe-
 atis per nome eius. At si quæ scripta sunt, fide in Iesum Christum possunt, tradere, quæ nos vitam æter-
 nam conſortes facere possunt, nihil vñ eorũ in scripturis desideratur, quod cognitum & obseruatu neces-
 sarium sit. Voluit autè hyperbolica locutione Ioannes Dei bonitatem cõmendare, qui (vt alibi quo-
 que diximus) ecclesiam nimia librõrum multitudine onerare noluit, sed ea breui & simplici narratio-
 ne complecti, quæ nobis ad salutem sufficere possunt. At si in eo ita nostre infirmitati Deus consuluit,
 vt multa filij sui miracula & eiusdem innumeras conciones intercideret passus sit, quæ (malum) eo-
 rum temeritas atque impudentia est, qui sua fragmenta ecclesie obtuderet non verentur? Fugiamus
 nos istos vt pestem nocentissimam, & apostolorum doctrinam instamus firmiter, quorum calamos spi-
 ritus sanctus direxit, vt quacung; nostra saluti seruiunt, simplici & perfecta narratione compre-
 hendant. Simul autem hoc loco obseruemus, quod cum tanta miraculorum innumerabilium maie-
 state clarus & illustrius fuerit Christus, paucissimos tamen ad veram Dei & salutis cognitionem ad-
 duxit. Et hoc magnum humane corruptionis argumentum, quod aduersus eos obseruari debet, qui
 euangelij doctrinam hodie hoc nomine suspectam reddere conantur, quod pauci sint, qui ex ea melio-
 rantur. Ita verò, quæ in hominibus heret, culpam in Deum impie deriuant. Et quem offendat me

Excusat scripti
 breuitatem.

ritō hominum nostri seculi contumacia, quando maiorem expertus est *Æternus Dei Filius*, *in*
Ætrinam suam signis omnem humanum captum superantibus confirmaret?

Perioche &
 Summa totius
 scripti Ioannis.

Ceterum quia hic scribendi finem fecit dilectus ille Christi discipulus, nos quoque collectis vitiis
 portum redeamus, si prius præcipua huius operis capita summatim collegerimus. Argumentum
 eius libri est *Iesus Christus quem initio verum Deum & hominem esse docuit*. Deum quidem
 æterno ex patre genitum, hominem verò natum ex *Maria virgine*, cum tempus illud præfatum
 aduenisset. Finem sui in mundum aduentus & incarnationis ostendit, ut miseris nobis lucem & vi-
 tam afferret, qui peccatorum & mortis caligine detinebamur. Priusquam verò ipse se mundo
 nifestaret, præcursorẽ habuit à prophetis prædictum, *Ioannem Baptistam*, qui penitentiæ præca-
 ratione populi animos ad illum excipiendum præparauit, & eidem testimoniũ cultu multuaria. Ipse
 verò eum in publicum prodire & mandatum sibi à patre munus exequi instituit, quod
 los sibi domesticos delegit, quos rerum abs se gestarum testes haberet. Manifestauit autem se
 hominibus per opera miraculosa & doctrinam. Ex operibus pauca, sed electiora loquens
 ut pote miraculosam aquæ conuersionem in vinum, quam in *Cana Galilæe* fecit, ut tempus illud
 lectissimum beate immortalitatis nectur oporteret conuerti: paralytici item resuscitationem ad
 nam probaticam: epulum ex quinque panibus toti populo exhibitum: cæci nati illuminationem ad
 xari iam quartum diem in sepulchro agentis resuscitationem ex mortuis. Quibus omnibus
 adulteræ liberatio, quam *Cap. 8.* narrari audiuimus. Miraculis doctrinã interposuit, modis
 priuatim instituens, ut *Nicodemum & Samaritanam*: modò publicè ad populum concionatus, qui
 cum aduersarijs disputans & eorũ obiectiones confutans. Doctrinam autem tam priuatè quam
 publica scopus est, ipsum esse æternum Dei filium in carne manifestatum, promissum generi
 redemptorem, fontem gratiæ & salutis inexhaustum, panem vitæ cælestis darum, vnicum filium
 Dei vindicem, pastorem deniq; olim à prophetis descriptum, ad quem omnes in vniuerso grege
 rem colligi oporteat, qui seruari volunt. Tandem ipsum humane redemptionis opus aggressus
 quod totum morte sua & resurrectione absoluit, quam gloriosa in cælos ascensio secuta est, ut riuus
 tradiderunt. Morte enim peccata mundi expiauit, resurrectione mortem vicit, ascensione ad
 cælos patrefecit, & ibi nunc noster apud patrem mediator, rex deniq; & sacerdos est sempermanens.
 verò morti vltimam *Canam* pramissit, multiplici doctrina & consolatione referam: ut a post
 Etionẽ quoq; discipulos in regni sui mysterijs & muneri apostolici administratione instituit. Deniq;
 sunt autẽ hæc omnia, ut *Iesum hunc*, qui ex *Maria virgine* homo natus est, credamus esse æternum
 & patri coessentialẽ Dei filium, atq; promissum humane salutis auctorem: qui ut omnem
 peregrinẽ quacumq; ad nostri generis redemptionẽ pertinebant: ita nunc in cælis triumphat & regit
 ecclesiam verò suã, adeoq; singulos qui credunt, suo merito iustificat, suo spiritu regit, diuina pro-
 tute protegit, & aduersus omnes hostes tam visibiles quàm inuisibiles defendit. Ad hunc ergo
 concendamus, hunc fide verã complectamur, huius spiritui & verbo locum demus, ut in
 renati vitã viuamus, quæ nos germanos Dei filios esse testetur, & eius curriculum
 emensi ad ipsum colligamur in cælestẽ patriam, in qua ille nobis mansio-
 nem parauit, nullis fortune casibus aut huius seculi tur-
 bis obnoxiam. Illi debetur benedictio, honor,
 gloria & potestas in æternum.
 Amen, Amen.